СПРАВОЗДАНЄ

ДИРЕКТОРА

Ц. К. ГИМНАЗІѢ АКАДЕМИЧНОИ УЛЬВОВѢ

за рôкъ шкôльный 1883/4.

СОДЕРЖАНЄ:

А) Часть перша:
Двѣ росправы наукові ц. к. проф. гимн. **К. Лучаковского**:
а) Cornelii Taciti ars scribendi nonnullorum vocabulorum significatione illustratur ac fatum quid valeat altius inquiritur.
б) Nestoris re litteraria adumbrata eiusdem Chronicon capp. 1—20 in Romanorum sermonem convertuntur.

Б) Часть друга:
Рѣчь урядова Директора, Совѣтника гр. к. Митроп. Консист., ц. к. Радцѣ шк. и Члена Рады шк. кр. **В. Ильницкого**.

Накладомъ ц. к. Рады шк. кр.

У ЛЬВОВѢ, 1884.

Зъ друкарнѣ Товариства имени Шевченка
пôдъ зарядомъ К. Беднарского.

Centralna Biblioteka Wojskowa ... Kraków

NESTORIS

REM LITTERARIAM ADUMBRAVIT

eiusque Chronicon c. 1—20

in Romanorum sermonem convertit

CONSTANTINUS ŁUCZAKOWSKI.

„... operam, quae a nobis in Nestore emendando ponatur, minime esse supervacaneam: scriptorem vero diligentia hac non esse indignum, facile concedent omnes rei periti; sine Nestore enim de rebus a populis partes septentrionales incolentibus gestis ante saeculum duodecimum parum, ne dicamus nihil sciremus“

Miklosich, Chron. Nest.

Pars prior.

Nestoris res litteraria adumbratur.

„La critique est un guide tres sournois, toujours négatif, comme le demon de Sociate, elle vous arrête, mais elle ne vous fait pas marcher.“
Weil — Ouverture du cours de littérature latine.

„Die wahre Kritik ist bescheiden und ihre wohlthätigen Wirkungen sind unscheinbar, weil sie keine selbständigen Schöpfungen hervorbringt; ihr Wehrt zeigt sich nur in den Verwüstungen, die eintreten, sobald sie fehlt.“
Boeckh — Encyklop. und Methodol. der philolog. Wissensch.

§. 1. Quamquam unum Taciti opus a nonnullis interpretibus cognominatum est „Annales“, tamen inter huiusce generis annales et antiquissimos illos „pontificum“ aliorumque sacerdotum permagnum intercedere discrimen inter omnes viros doctos semper ratum stabilitumque fuit. Nam qui Taciti opus postremum „Annales“ cognominari contendunt, in solo vocabulo acquiescunt; res enim gestae in hunc modum enarratae exstant, ut auctor in munere suo exsequendo (cf. Di. 22; An. 3, 65 et 13, 31) ab antiquissimorum illorum annalium scriptoribus longissime distet.

Atque per multa deinde saecula post Tacitum, nisi vero rerum per annos digerendarum ordo adscitus sit, solum vocabulum remansit, ita tamen ut Annales cum Chronicis varientur; hoc utrumque nomen a Graecorum ac Romanorum scriptoribus perceptum per totum aevum ut dicunt medium placuit et nostris quoque temporibus usitatur. Itaque sive Annales sive Chronica dicuntur, eorum conscribendorum ratio tantum immutanda erat, quantum aut temporum condiciones, quae diversae factae sunt, aut indoles

sermonis, quo conscribebantur, postulaverunt; accedit, quod varietas ipsarum linguarum graecae ac latinae saeculis posterioribus permagna esse coepit; quarum altera a scriptoribus Byzantinis quique eos sequebantur, altera ab omnibus reliquis populis litterarum cupidis ad res gestas posteritati tradendas diu multumque adhibita est. Ipsum discrimen clarius apparebit, si quemlibet medii aevi scriptorem cum veterum Romanorum Graecorumve auctore comparaverimus. Cum scriptores ipsi tum eorum sermones sive ab Herodoto, Xenophonte, Thucydide, sive a Sallustio, Livio, Tacito ob eam potissimum causam discesserunt, quod et vocabula nova prodierunt, quae novas significationes notionesque alienas induerunt, et scribendi ratio ad vitam hominum, in quorum usum res gestae conscribebantur, accommodanda erat. Praeterea aliae exortae sunt nationes, quibus res gestae in suarum ipsius lingua ennarrandae placebant; dum vero aliis populis gentibusque aliis sermo latinus probabatur, nostri atavi fere decem saeculis ante in ipsorum patriam linguam primum sacram scripturam e sermone graeco convertere coeperunt; deinde exstitit scriptor, qui primus patrio sermone etiam res gestas conscribere ausus est.

§. 2. Etiamsi nomino neminem, Nestorem inter eos scriptores a me numerari haud difficile est intellectu.. Adamo enim et Saemundio omissis Nestor primus ab ista inveterata consuetudine, quae res patrias aliorum sermone conscribere cogebat, prorsus digressus est. Neque iniuste hoc fecit, quippe cum annalibus suis iecerit fundamenta, quibus universa nostratium historia ab antiquissimis temporibus repetita comprehendatur. Kijoviae, Russiae meridionalis urbis, historiam descripturus: „къто въ Кыѥвѣ нача пєрвоѥ кнꙗжити = quis Kijoviae primum regnare coeperit“ propositum suum Nestor ita exsecutus est, ut et de terrae russicae initio et de origine Russorum populi inquirere non omiserit: a) „отъ коудоу ѥсть пошьла роусьскаꙗ земльꙗ = unde terra russica orta sit“ ac b) „и отъ коудоу роусьскаꙗ землꙗ стала ѥсть = et unde Russorum populus provenerit“. — Haec descriptio „повѣсть“ dicitur: α) „Се повѣсть временьныхъ лѣтъ = haec est antiquorum temporum historia et β) Се начьнѣмъ повѣсть сию = incipiamus igitur hanc historiam“. — Quibus „повѣсть“ vocabulum displicet, ipsum Nestorem opus suum „По потопѣ триѥ сынове Ноѥви раздѣлиша землю“ ince-

pisse contendunt, quae antecedunt a scribis posterioribus praemissa csse iudicant.

Eandem disceptationem de Livii et Taciti operibus exstitisse, sed nunc in hunc modum compositam esse certum est, ut alterius opus „Ab Urbe condita“, alterius „Ab Excessu divi Augusti“ vulgo cognominetur. Malim igitur, si per me liceret, etiam monachi Kijoviensis opus inscribatur „Nestoris a Kijovia condita“. Cum Livius a Romae principio egressus, tum Tacitus ab illo notissimo „Urbem Romam a principio reges habuere“ uterque deinde in operum contextu in binos quidem consules, sed in singulos annos rebus gestis dispositis a proposito cum grata varietate discedit; ita etiam Nestor, licet nec Tacitum nec Livium ante oculos habuerit, opus suum, sive Annales sive Chronica dictum, per singulos annos distribuens varias rerum gestarum vices persequitur. Ceterum sive Annales sive Chronica Nestoris opus appellatur, nihil interest; modo ne haec vocabula per **„Временникъ“** vertantur, quoniam hoc substantivum in notionem „Calendarum“ et quotidianarum rerum futilium abiit.

Verumtamen ac si non immemor esset priorum scriptorum graecorum, quosdam eorum imprimis in rebus, quae ad universum terrarum orbem pertinent, auxilio vocavit; itaque in aliis Georgium Hamartolum, in aliis Methodium Patarensem, in aliis denique Ioannem Malalam secutus est; praeterea Cedrenus, Skylitzes, Constantinus Porphyrogenita [α) de administrando imperio, β) de themat. *lib.*, γ) de caerimon.] aliique nostro scriptori antiquissimo haud ignoti fuisse videntur. Ut apparet, iterum desiderantur Herodotus, Thucydides, quibus scriptoribus ediscendis iuvenilis Nestoris animus excultus fuerit Nihil igitur mirum, si deterioribus scriptoribus eruditus suum quoque sermonem patrium talem reddidit, qui non ab omnibus hominibus percipiatur. Sed quid querimoniae profuerint? hisce igitur utamur, quae prosunt.

Quoniam Georgium Hamartolum cum veteri origine, quo facilius fons et origo comparari possint, versioni inserere decrevimus, Malalam silentio praeterire nefas est.

Corpus Scriptorum Historiae Byzantinae, editio... consilio BGNiebuhri instituta... Joannis Malalae Chronographia ex recensione Ludovici Dindorfii, Bonnae 1831, p. 11, d, e, v. 10 sq. de turri struenda haec habet ab IMalala tradita: Ἔβερ δὲ γενόμενος ρλδ' ἐγέννησε τὸν Ἰεκτὰν καὶ τὸν Φάλεκ. ἐπὶ δὲ τοῦ Ἔβερ ἐννοοῦσιν οἱ

ἄνθρωποι πύργον κατασκευάσαι οὐρανομήκη πρὸς ἀποφυγὴν τοῦ κατακλυσμοῦ, ὡς τοῦ θεοῦ ἐπιβουλεύοντος αὐτοῖς· ἦσαν γὰρ πάντες μιᾷ φωνῇ. Νεβρὼδ δὲ ὁ γίγας, Χουσαὶ τοῦ Αἰθίοπος υἱός, προσέτασσε καὶ εἰς βρῶσιν ἀγρεύων ἐχορήγει ζῶα. ὁ δὲ Ἕβερ, ὁ τοῦ Σάλα υἱός, ἐπείγειν ἐγκεχείριστο τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου καί τῆς Βαβυλῶνος, ὅ ἐστι σύγχυσις. τῶν δὲ πάντων ἐπὶ τὴν τοῦ πύργου καὶ τῆς πόλεως ὁρμησάντων οἰκοδομὴν ἀρχηγοὺς εἶχεν οβ', μόνος δὲ Ἕβερ οὐ συνέθετο τῇ τούτων ἀλογίστῳ ἐργασίᾳ· διὸ καί πάντων αἱ γλῶσσαι συνεχύθησαν, τῶν συντεθειμένων εἰς οβ' γλώσσας διαιρεθέντων κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀρχόντων αὐτῶν· τούτῳ μόνῳ τῷ Ἕβερ θεὸς οὐχ ὑστέρησε τὴν ἀρχαίαν φωνήν... „ὁ μέν οὖν πύργος ᾠκοδομήθη ἐπὶ Ἕβερ ἐν ἔτεσι τεσσαράκοντα, καὶ ἐστι κεχαλασμένος, τὰ ἴχνη αὐτοῦ φυλασσόμενα μόνον ἀνὰ μέσον Ἄσοὺρ καὶ Βαβυλῶνος, ἦν δὲ ευλγ = turris itaque Heberi tempore quadraginta annorum spatio extructa est, cuius etiam adhuc supersunt vestigia quaedam, aere compaginata inter Assur et Babylonem sita; sunt autem numero IƆCCCCXXXIII“.

Praeterea ibdm. 13 p. 15 eadem apud IMalalam chorographia occurrit, quam e GHamartolo cognoscemus quamque etiam alii scriptores Byzantini operibus suis inserere non omiserunt. Itaque de turrri struenda et de sermonibus permixtis Nestor IMalalam consuluisse videtur; in chorographia reddenda vel ad IMalalam sèse accommodavit, vel potius ad Georgium Hamartolum, a quo variarum gentium consuetudines sese percepisse liberrime fatetur „**Глаголеть Георгии въ лѣтописании** = Georgius (Hamartolus) in annalibus narrat“, cf. Nest. c. 11. init.

In quibus autem Kijoviae urbis et totius Russiae, cum meridionalis tum septentrionalis, res gestas complectitur, „traditiones populares, quarum antiquissima ultimis annis saeculi decimi orta putari possunt; testimonia hominum natu maiorum; narrationes piratarum vel mercatorum scandicorum et quae ipse experiendo didicit, haec omnia“ a Nestore diligenter et cum veritate in corpus redacta esse interpres Nestoris integerrimus docet. Quibus de causis factum est, ut posteriores scriptores scribaeque Nestoris auctoritate commoti dignitateque eius freti suas narrationes eiusdem annalibus adiungerent, unde tantus annalium numerus exstitisset.

§. 3. Quoniam Nestoris vitam, cuius describendae initium facilius est invenire quam finem, invitus silentio praeterire cogor, rem eiusdem litterariam adumbraturus a codicibus ut oportet incipiam.

Codicum Nestoris numerus haud spernendus est, nam adhuc qui Nestorem solum continent ad 53 numerantur, id quod prae ceteris testatur. quanta dignitate Nestor inde a saeculo duodecimo ineunte ad annum 1767 apud posteros uteretur. Sed regrediendum nobis est ad medium saeculum quintum decimum ad Herbersteinum, cui Nestoris annales noti esse videntur; deinde Buchau (a. 1579), Stryjkowski (a. 1582), Petrejus (a. 1606), Olearius (a. 1634), Nik. Heinsius (a. 1671) ex eisdem quaedam hausisse feruntur, etiamsi auctorem nusquam nominant. At Herbinius est primus, qui Nestoris nomen affert in „Religiosae Kijovienses cryptae — Jenae 1676" eumque „Chronologum" appellat; deinde Bergius in rarissimo libro „De statu ecclesiae Moscovit., a. 1704" p. 48. p. 50. p. 52 scriptorem nostrum antiquissimum appellat „Nestor Petzurski — Ruthenorum Chronographus"; etiam Leibnitz miro quodam modo cum Nestoris annalibus contigisse fertur, cf. Epist. ad Divers. p. 410; ceterum et Silvester Kossov, Metropolita Kijoviensis, a. 1635 Nestoris Patericon in Polonorum sermonem convertit, et Kulczyński „Specimen Ecclesiae Ruthenicae — a. 1733 sq." ad Nestoris Patericon sese expressisse fatetur; — tum denique codice Boguslai Radziwił principis intercedente Nestor in clariorem lucem protractus est a. 1716.

Sed non potuit fieri, qnin tam longinquo tempore ac tanta lectorum frequentia etiam scribarum incuria textum quem dicunt eius deteriorem non fecisset.

Codicibus igitur in tres classes dispositis primus locus tribuendus est A) Lavrentiano; membraneus est fol. 173 in 4^0, duabus manibus scriptus anno 1377 in usum Demetrii, Constantini filii; B) secundum locum tenet liber manuscriptus monasterii Hipatiensis; bombycinus est fol. 306, saec. XIV. vel potius saec. XV.; C) membraneus est etiam cod. bibl. monasterii Sergiviensis, fol. 261 in 4^0, saec. uti videtur XV.; hunc excipit D) deterior liber manuscriptus chartaceus, fol. 251, saec. XV. vel XVI., quem Stephanus Zenovič Boguslao Radziwił principi dono donaverat; postea in bibliothecam Regiomontanam pervenit; hic Petro M. cum Regiomonti oppidum eiusque bibliothecam viseret, ostentus animum eius movit; qua de causa Petrus M., velutsi in ipsius patria meliores codices deessent, eum accuratissime transscribendum curavit.

Etiamsi in his quattuor codicibus futurus Nestoris editor acquiescere posset, non omittendi erunt codices alterius classis, ad quam pertinent: E) lib. msscr. Petri Chlebnikov; chartaceus est, fol. 386, saeculi videlicet XVI.; F) Nikonianus saec. XVII; G) Perejasławo-Suzdalensis; qui eum ad saec. XIV. referunt, graviter errant; denique H) Patriarchalis quidam pulcherrime quidem scriptus sed interpolatus esse dicitur.

Postremum in tertiam classem relegandi sunt reliqui 45, nisi vero numerus eorum auctus erit; qui etiamsi recentiores sunt, in rebus dubiis non sunt praetereundi, nam etiam inter paleam hic illic aliquid integri reperiri potest. Horum codicum inspeximus nullum; ob eamque causam eos examinare supersedentes rectius fecisse videmur, si ad partem nostram editiones accuratius perscrutabimur; quae igitur de editionibus dicentur, ea potius de codicibus, ad quos expressae sunt, referenda sunt. Ex isto 45 codicum numero nonnulli saeculi XVIII. sunt, etiamsi ars typographica iam dudum apud nos quoque floreret; sed primum libri sacri typis vulgari sunt coepti; propterea res litteraria quam dicunt profanam diu multumque neglecta iacuit, ut Nestoris Chronica testantur. Editio enim princeps prodiit a 1767; unus quaternio speciminis vice a Schloezero editus est a. 1769; cum haec tum editiones a. 1784, a. 1786, a 1789 quoniam eas nusquam invenire potuimus longe rarissimae sunt.

§. 4. Quae in usum nostrum comparavimus, sunt:

I. A.L.Schlözer, α) Probe ruſſiſcher Annalen, Bremen u. Göttingen, 1768; utrum hoc opusculum idem sit, cuius s. a. 1769 mentio facta sit, non possum statuere; — β) Несторъ, Ruſſiſche Annalen in ihrer Slavoniſchen Grundſprache vergl., überſ. u. erkl. Göttingen, 1802; finitur a. 6485; qua editione ad viginti codices excussa Schloezer de Annalibus Nestoris magnopere meritus est; nam cum in textu constituendo quae potuit profecit, tum imprimis studio Nestoris suscitato eius Annalibus tantam verecundiam tribuit, quantam ante eum nemo, post eum pauci tribuerunt. Atque ipse imbutus scriptoris amore aliis quoque eundem incussit; itaque nos quoque Schloezeri auctoritate ducti Nestorem in Romanorum sermonem convertere decrevimus. Schloezer nec Ioannis Benedicti Schereri (Des heiligen Nestors) versione germanica (Lipsiae 1774, vom sein sollenden Nestor) neque ipsius studiis contentus libello s. α) allato Nestorem in Romanorum

sermonem convertendum commendans ita dicit p. 231 „Eine lateinische Uibersetzung wäre dabei unentbehrlich, nicht nur für die Ausländer, unter denen das Slavonische noch keine moderne Sprache ist, sondern auch für inländische Gelehrte, die viele alte Wörter eben so wenig, als die Ausländer verstehen." — Schlözeri summum meritum est, quod in Nestorem in patria eius recentiori animum adverterunt eiusque annales:

II. a. 1846 Petropoli in lucem miserunt opere quod inscribitur „Полное Собраніе русскихъ лѣтописей" κ. τ. λ.

Quae vitia editoribus huiusce operis a viris doctissimis, qui altissima sapiunt ac magno librorum numero de rebus slavicis optime meriti sunt, crimini dantur, non meum est repetere; nihilominus neminem, qui opus Petropolitanum inspexerit, querimonia ab editoribus Petropolitanis de tanta copia librorum manuscriptorum prolata fugit. Trino enim supremi imperatoris iussu omnes libri manuscripti in usum societatis archaeographicae congesti sunt; ex his, qui Nestorem solum comprehendunt, electi et in quattuor classes distributi sunt: antiquissimi, mediocres recentiores, excerpti; deinde editores Petropolitani sese ad praecepta philologiae Nestorem edituros esse polliciti sunt; quod autem consilium citius quam sperari licuit abiectum est; nam scripturam antiquiorem ac codicem optimum aspernati lectionum variarum tantam farraginem congesserunt, ut ex iis vixdum elaborari possit; ob eamque causam critica diplomatica nedum diva ista coniciendi ratio apud eos in ultimis recessibus abscondita iacet; tantum abest, ut editores non solum ab „emendandi pruritu", sed etiam animo suspicaci liberentur. Editio Petropolitana vulgata appellanda est idque solum meritum editoribus Petropolitanis manebit.

III. Utriusque editionis vitia erroresque transmigraverunt in editionem quam curavit JKotkowski: „Latopis Nestora. Stary tekst mnicha Ławrentego(?) z XIV. wieku. Oddział pierwszy. Część przez Schlözera krytycznie wypracowaną przepolszczył... Kijów 1860". Schloezerum JKotkowski in textu constituendo secutus est; quae igitur de Schloezeri textu animadvertimus, haec eadem in hanc editionem valent; sed Schloezero codex Lavrentianus ignotus erat. Editoris consilium „przepolszczył = in Polonorum sermonem convertit" etiam ita intellegendum est, ut adhibitis voculis latinis scribendi ratio in ipso Nestoris textu explicetur; quae vitia hanc ob causam orta sint, cognitu facile est; imprimis

in „ъ = ŭ“ et „ь = ĭ“ voculis cum per apostrophum tum per „o“ et „e“ vocales reddendis permulta sunt corrigenda; palaeoslov. „є = ѥ“ ubique per „e“ imitatus est IKotk. Praeterea alii errores inde coorti sunt, quod editor palaeoslovenicam voculam „г“ per „h“ nonnunquam reddiderit; id hanc ob causam fecisse videtur, ut pronuntiandi rationem Russorum septentrionalium propriam vitet; sed in „ѣ = ê“ vocula per „ie“ reddenda eam non vitavit, quamvis praef. p. 9. vicinos suos non „meus-vena“, sed „mieus-viena“ pronuntiare coarguat, cf. „раздѣлнвъшє — чловѣкомъ — мѣстѣ = rozdieliwsze — człowiekom — miestie“; sed etiam „прѣстоупати = prestupati“; et ita saepius cum phonologiam ut dicunt, tum alia grammaticae praecepta laesa esse ex iis quoque quae allaturus sum apparebit.

Haud pauci enim errores critica arte neglecta occurrunt, ut: p. 2. v. 1. pro триѥ scripsit „perwie“, quod aut adverbium est „antiquitus“, aut corruptum ex genuina scriptura „триѥ“; „perwie“ per „primi“ vertere nemo certe est, qui audeat; — p. 4. v. 21 пакы commutatum est cum „nieki“; sed нѣкый est pronom. indefin. „aliquis — τὶς“, ergo h. l. minime probandum; — p. 12. v. 4 „żiwszim“ partic. praet. act. I. pro partic. praes. act. живоущемъ, quod et sensus postulat et libri manuscripti meliores exhibent; — ibdm „diwno widiech Słowieńskuju zemlu“ non tam perspicuum est, quam „дивьно видѣхъ въ словѣньстѣй земли = res admirandas vidi in terra slovenica (c. 5 v. 18)“, istud „admirabiliter vidi slovenicam terram“; p. 14. v. l., єгда (=cum, coniunctio) wlezut’ li żiwi“ pro „ѥдва вълѣзоуть живи“ v. 23., — p. 16. vitiose scripta „Nougorodci“ et „Wełyniane“; — p. 18. „nasełnici“ aliud significare quam „насильници = nasilnici“ non est cur moneam; hoc enim ad eandem radicem, ad quam „сила=vis“ referendum; ideo significat „violatores“, quod n. l. aptissimum est; illud ad eandem radicem trahendum, ad quam verbum „сѣдѣти“, ergo „coloni“; cf. c. 15 §. 4 и по тѣмь градомъ соуть находьници Варѧзи, а пєрвии насєльници въ Новѣ Градѣ Словѣни; sed vocabulum насєльници vel potius „нашєльници = našelnici = advenae“ a themate „шєд=šed“ temporum praeteritorum verbi „и-ти = i-re = ἰ-έ-ναι = scr. „i“ in „e-ti“ Nestori alienum est; — p. 20 v. 5. dativum absolutum „Polanom że żiwuszczem“ excipit nominat. partic. „suszcze“; non intellexit codicis scriba, quid

esse debuerit; — p. 22. v. 3 in „zaw'tra... wdaducze" vitium binum vel potius trinum haeret; nam „w" pro „оу" et „cz" pro „щ" posterioris sunt aetatis; — p. 22. v. 8 „no umykiwachu uwody diewica = apud aquam?"; verbum durativum „оумъікивати" praeceptis grammaticae Nestoris repugnare videtur; — p. 24. v. 3 pro „okłewetati" verbo perfectivo desideratur verbum imperfectivum vel potius durativum; — p. 24 v. 5 „Nuktirian (?)"; ibdm omissum est adj. „божиꙗ", receptum „jawie" adverbium, quo sensus turbatur; ibd. dativ. plur. „Wawiłonianom" minus aptus, quam „Вавилонꙗмь"; cf Полꙗмь aliaque; idem vitium in „Amazoniane" p. 26. v. 3;—ibdm. infinit. „łowiti zwier" objectum est factum, sed inopportunum; nam infinitivo in verbum finitum immutato trinis enuntiatis feminarum opera vivide describuntur; — p. 26. v. 1. omissum „многъі", quod opponitur „съ ѥдинѣмь"; ibdm. quid sibi velint „K weszym dnem", nescio; — p. 28. v. 4 „ne dobra dan'=non bonum vectigal" pro „нѣ добра дань = non est bonum vectigal"; — p. 32 v. 2. „pokoritisia Hrekom (alibi Grekom)" ad infinit. „Krestitisia" nulla ratione intercedente accommodatur; ibdm et saepissime „Car" quod recentius est quam „цѣсарь"; idem valet in adj. царскїй pro цѣсарьскъій; quae ibdm sub a. 6367 narrantur, valde turbata sunt; — deinde verbum p. 34 „i upraszczasta" ignotum est; — p. 36 v. 1 „deszedsziu" et „swia" typi vitia esse videntur; — p. 38 v. 4 „i pride k Smoleńsku s Kriwiczi" aptiora esse videntur lectione ab aliis codicibus praebita; ibdm „wyskakaw" nullo modo probari potest; — p. 42 „żiuszczaja et żiuszczim" neque „j" neque „w" interposita sunt hiati vitandi causa; abstrusa sunt ibdm „Wołchi — Woł'chwe — Marau" atque omnino perversum p. 46. „w Panni".

Quae vitia omnia ex neglecta arte critica esse orta contendere minime dubitabimus; accedit, quod non minor errorum pars ex inscitia sermonis sive palaeoslovenici, sive eius, quo Nestor usus erat, profecta est. Neque quisquam nisi artissimam familiaritatem cum sermone scriptoris inierit, in auctore edendo aliquid proficere potuit; nam nec animus sagacissimus, nec studium sincerrimum sine sermonis peritia non solum in textu constituendo, sed etiam in auctore convertendo firma praesidia esse possunt; id quod ipse, cum paucis annis ante Nestorem in

Romanorum sermonem convertendum mihi proposuissem, expertus sum.

Quam ob causam felicissimum me puto, quod ante hos quindeeim menses morbo sanatus atque otium nactus Vindobonam sese conferendi facultatem adeptus sum; Vindobonae enim cum alia excelsae Vindobonensis Almae Matris collegia, quae ad archaeologiam, palaeographiam, Indorum sermonem pertinent, frequentavi. tum imprimis incubui in illa collegia, quibus studia palaeoslovenica eximio ingenio ac iuvenili ardore a Slavorum philologorum principe traduntur. Qua occasione etiam consilium meum Nestoris convertendi maturescere coepit; namque priora decem conversionis capita in seminario benevolentissimi praeceptoris mei interpretatus sum. Ingratus igitur essem, si ob benignitatem, qua vir doctissimus atque eruditissimus erga suos discipulos esse solet, maximas quantas possum gratias non agerem; maximas quantas possum gratias debeo etiam cum aliis viris doctissimis, tum imprimis utrique supremo magistratui scholarum nostrarum et Leopoliensi et Vindobonensi.

Sed nos ad priora reversi IV.) Nestoris editionem laudabimus, quae ab Augusto Bielowski confecta eiusdem „Monumentis Poloniae Historicis“ Leopoli 1864 vol. 1. p. 521 ssqq. inserta est; haec editio certe praestantior est prioribus, quas enumeravimus; reddita enim Nestoris sermoni antiqua scribendi ratione Bielowski et codicum scripturam quinque prioribus libris manuscriptis a nobis allatis nixus examinavit et scriptoribus medii aevi adhibitis locos dubios commentario explanare conatus est. Praeterea versionem polonicam ab Ioanne Wagilewicz confectam adiecit; quam versionem Paulinus Stachurski (Swięcicki) recensuit „Uwagi nad tłumaczeniem Latopisu Nestora przez Bielowskiego i JWagilewicza—Lwów 1869“; idem Święcicki (Łozowski, Pawło Swij) Nestoris capp. 1—25 in Russorum meridionalium linguam convertere est conatus; omnes autem versiones, cum Schloezeri et Juliani Kotk., cum utriusque franco-gallicae (altera recentissima est, quam Leger a. 1884 ineunte curavit) et a CWSmithio confectae, tum quas ad postremum, laudavi, quia de industria nulla a me adhibita est silentio obruere possum.

Sed inveniuntur in edit. ABiel. nonnulla, quae in tam singulare opus recipere non erat necesse; nam cum nasales, quae dicuntur

vocales ѧ et ѫ, ѩ et ѭ sermonem Nestoris antiquiorem faciunt, quam fuerat, tum quaedam alia recentiorem eum reddunt. Omnino haud probanda sunt haec: c. 2. v. 13 „И съдашѧ стлъпъ тъ“; v. 24 „и въ лѣта многа хранимъ останъкъ“ omisso „бъість minus perspicua sunt; — c. 3. v. 4 прозъвашѧ сѧ, cf. v. 14, v. 15, v. 25 et ita saepissime cum haec ita scripta tum permulta alia, ut Дъкиноѭ, Дръговичи, Гръкы, връхъ Днѣпра, цръкьви c. 5. p. 555 v. 1 aut voculas „ъ — ь = ŏ — ĕ“ commiscent, aut formularum illarum „trъt—trêt—trat—teret“ rationem non habent; — c. 4. p. 554 v. 3, v. 12, v. 15 et saepius usitatis verbis „потечеть—кътечеть“ discrimen, quod inter verba imperfectiva et perfectiva intercedit, tollitur, nisi vero Nestor ipse idem discrimen animadvertere neglexerit; — ibdm v. 21 мытвѫ; — c. 6. p. 556 v. 7 „отъ нихъже сѫть Полѧне Кыевѣ“ omissa praepositione „въ“ minus usitatus locativus est ortus; ibdm. v. 15 „приходивъшю ѥмоу къ цѣсарю, не съвѣмъı... которого не вѣмъ“ magnopere turbata sunt; idem valet etiam in c. 7 p. 557 v. 2 sq. „тждѣ ко(во?) сѣдѧть Кривичи, таже Сѣверъ. Отъ нихъ на Бѣлѣ озерѣ сѣдѧть Бьсь“; — c. 9. p. 558 v. 12 „о себѣ“ in „Полѧнъмь же живѫщимь о себѣ“ pro adverbio „особѣ = особь“ irrepsit; — c. 10. p. 559 v. 2 „и снъхы къ свѣкровамъ“; v. 10 „и врачениıа оу нихъ не бывахоу“; v. 11 „оу водъı = apud aquam“ ?; v. 19 „на вьсıа вѣсовскаıа пѣсни“; — c. 11. v. 31 „лѣтописьцѣ“; v. 34 „отьчьствиѥмь“; v. 35 „Сирии“; — p. 560 „отънѫдь“ post „весьма“ deest in codice optimo; v. 5 „законъ же и Оуктърианъ глаголеми Брахмане“ facillime sanandum est in „оу Бактрианъ“; v. 18 „(добро)дѣтѣль“; — deinde talia ut v. 21 „хоромъı—городъ—хоронити—володѣти—Деревлѧне“ etsi ostendunt scribam codicis Russum fuisse meridionalem, in nullam partem transgrediens soli veritati studeo ob eamque causam malo „храмъ—градъ—Древлѧне“; — v. 34 „къ вешьнъмь дьньмъ“ ita ut codex deterioris notae, de quo alio loco agitur; p. 561 v. 4 „врѣмѧ тѣмь мьнѧть“; v. 6 „хотѧщимъ родити... отрочѧ.. дѣвочьскъ“; v. 8. omissa „и = i = et“ coniunctione copulativa orta est vitiosa lectio „то въздоıать прилѣжьнѣ, въспитаıѫть“; in hunc modum frequentissimi errores in antiquiora monumenta linguae nostrae neglecta parvuscula vocula „и = i“ irrepserunt; accuratissime enim animadvertendum

est, quibus in locis duplicis coniunctionis vice fungatur, quibus varios casus pronominis „и — ꙗ — ѥ“ exhibeat; — v. 14 „(творꙗть)“ uncis inclusum est; — c. 12. v. 33 „орѫжиѥмъ одиноѭ странꙑ“; p. 562 v. 4 „изволениꙗ фараона“; — c. 15 p. 564 quamvis in „володѣти... рꙗдилъ по рѧдоу, по правоу“ figura quam dicunt etymologica ac praepositio iterata nostri sermonis patrii et antiqui et recentioris propriae valde invitent, textum qui fere genuinus esse videtur, malo; attamen in dubio snm in iis, quae ibdm v. 23 sq. narrantur „и придошѧ къ Словѣнъмъ прьвѣѥ и сърѫбиста городъ Ладогѫ и сѣде старѣишини въ Ладозѣ Рюрикъ... и приꙗ Рюрикъ власть вьсѭ одинъ и пришедъ къ Ильмерю, и сърѫби городъ надъ Влъховъмь и прозъваша и Новъ городъ и сѣде...“; — p. 565 v. 10 „ни болꙗрина“; v. 12 „и идѫче мимо и оузрѣста... въспрашаста“; v. 15 „бꙑла сѫть триѥ братиꙗ“; c. 18. p. 566 v. 31 „похорони воꙗ въ лодиꙗхъ“; p. 567 „изъ лодиѩ“; v. 15 „божьницѫ свѧтаго Николѫ (accusat.)“.—Quibus de causis artem criticam huic quoque editori ducem coopertum fuisse apparet; idcirco iniuste Augustus Bielowski, vir eruditissimus ac de Polonorum historiagraphia summopere meritus, discessit ab V.) editione Nestoris praestantissima, quam curavit Franciscus Miklosich, ad codicem antiquissimum Lavrentianum expressa — Vindob. 1860. Praestantissima est atque ea, quae omnibus editionobus adhuc promulgatis tantum antecellit, quantum editor doctissimus atque eruditissimus non solum omnes interpretes Nestoris priores, sed etiam alios viros doctos ac de rebus slavicis optime meritos saluberrima doctrina et operum ubertate longe superat.

§. 5. Quae cum ita sint, profecto non perdam operam, si interposito librorum a Francisco Miklosich conscriptorum ordine a proposito meo paulisper aberravero; nisi vero quidquam me fugerit, sunt hi:

1) Franciscus Miklosich recensuit grammaticam Francisci Bopp in: „Wiener Jahrbücher, a. 1844, v. 105. p. 43—70; deinde unusquisque annus rem litterariam Slavorum donavit operibus, quorum quod est saluberrimum quodve magis exoptatum difficile discerni potest; 2) S. Joannis Chrysostomi homilia in ramos palmarum edita, Vindob. 1844; 3) Radices linguae slovenicae veteris dialecti, Lips. 1845; 4) Vitae sanctorum; accedunt epime-

tra gram., Vindob. 1847; 5) Vita S. Clementis, episcopi Bulgar., Vindob. 1847; 6) Ueber den reflex. Gebr. des Pron. сѧ u. damit zusammenhängenden Formen für alle Personen, in Sitzungsber der Kais. Akad. d. Wissensch. ph. hist. Cl. 1848 p. 119—127; 7) Lehre von der Coniugation im Altslov., in Denkschr. der Kais. Akad. der Wiss. ph.-hist. Cl. 1850 p. 167—206; 8) Lautlehre der altslov. Spr., Wien 1850; 9) Formenlehre der altslov. Spr., α) Wien 1853, β) edit. altera 1854; 10) Lexicon linguae slovenicae veteris dialecti: α) Vindob. 1851, β) ed. alt. Lexicon palaeoslovenico-graeco-latinum, Vindob. 1862—65; 11) Monumenta linguae palaeoslovenicae e cod. Supraslensi, Vindob. 1851; 12) a. 1851 prodiit etiam 1. vol. operis „Slavische Bibliothek oder Beiträge zur slav. Philolog. u. Gesch."; vol. alt. cum Feidlero redactum prodiit a. 1858; 13) Vergleich. Gram. der slav. Spr.; 1. Th. Lautl. α) Wien 1852, β) ed. alt. multo emend. et aucta a. 1879; 14) Vergl. Gram. der slav. Spr. 2. Th. Wortbildungsl. α) Wien 1856; β) ibdm. 1876; vom französischen Instit. gekrönte Preisschrift; 15) Chrestomatia palaeoslov. Vindob. 1854; 16) Apostolus e cod. Šišatovac.; 17) Ueber die Spr. des russ. Chron. Nestor, Sitzungsber v. 14; 18) Die Spr. der Bulg. in Siebenbürgen, in Denkschr. a. 1856. v. 7 p. 105 sq.; 19) Evangelium S. Matthaei palaeoslovenice. Vindob. 1856; 20) Lex Dušani ibdm.; 21) Barth. Kopitars kleinere Schriften sprachwissenschaftlichen, geschichtl., ethnogr. und rechtshist. Inhaltes, 2 voll., Wien 1857: 22) Die Wurzeln des altslov., Denkschr. a. 1857 v. 8 p. 135 sq.; 23) α) Verba intensiva im altslov.; β) das suffix ъ (= ŭ) im altslov., cf. Beiträge zur Vergl. Sprachfors. redig. von Kuhn u. Schleicher, vol. 1. a. 1858; 24) Monumenta serbica, spectantia historiam Serbiae, Bosnae, Ragusae; Vindob. 1858; in quibus 497 monumenta in lucem protracta inveniuntur; 25) Die Bildung der Nomina im altslov., Denkschr. a. 1859 v. 9. p. 135 sq.; 26) Chronica Nestoris Vindob. 1860 edita textum exhibent, qui ad Nestoris scribendi rationem proxime accedit; quam ob causam in versione conficienda hunc fere genuinum textum secuti sumus; — 27) Zum Glagolita Clozianus, Densch. a. 1860 v. 10 p. 195 sq.; 28) Acta et diplomata graeca medii aevi, sacra et profana, edid. Fr. Mikl. et Jos. Müller.. Vindob. 1861—1865; 29) Homiliae variorum, Sitzungsber v. 10. p. 197 sq.; 30) Die Bildung der Personennamen im slav., Denkschr.

v. 10. p. 215 sq.; 31) Die slav. Elemente im rumänischen, Denkschr. a. 1862. v. 12 p. 1 sq.; 32) Die nominale Zusammensetzung im serbischen, Denkschr. a. 1863, v. 13 p. 1 sq.; 33) Serbische Epik, a. 1863 ibdm.; 34) Rusalien 1864 ibdm.; 35) Die verba impers. im slav. α) Denkschr. a. 1864 v. 14 p. 1 sq.; β) separatim editum libello qui inscrib. „Subjectslose Sätze im slav.“, Vindob. 1873; γ) iter. ed. a. 1883; 36) Die Fremdwörter in den slav. Spr., Denkschr. a. 1867 v. 15 p. 73 sq.; 37) Der praepositionslose local in slav. Spr., Wien 1868; 38) Die slav. Monatsnamen, Denkschr. a. 1868 v. 17 p. 1 sq.; 38) Die Negation in den slav. Spr., Denkschr. a. 1869 v. 18 p. 335 sq.; 40) Beiträge zur Kenntnis der slav. Volkspoesie. Denkschr. v. 19 p. 55 sq.; 41) Die Legende vom h. Cyrillus ed. Fr. Mikl. et E. Dümmler, Denkschrift. v. 19 p. 205 sq.; 42) Albanesische Forschungen, Denkschr. v. 19 et 20; 43) Die slav. Elemente im Magyarischen, Denkschr. v. 21 p. 1 sq.; 44) Ueber die Mundarten und die Wanderungen der Zigeuner Europas, in 12 capp., quae inserebantur v. 21—27, denique vv. 30 et 31; 45) Die slav. Ortsnamen aus Appellativen, Denkschr. v. 14, 21 et 23; 46) Die christliche Terminologie in den slav. Spr., Denkschr. v. 24 p. 1 sq.; 47) Ueber den Ursprung der Worte von der form altslov. trъt, Denkschr. v. 27 p. 261 sq.; 48) Ueber den Ursprung der Worte von der form altsl. trět und trat, Denkschr. v. 28 p. 1 sq.; 49) Ueber die Steigerung und Dehnung der Vocale in den slav. Spr., Denks. v. 28 p. 53 sq.; 50) Ueber die langen Vocale in den slav. Spr., Denks. v. 29 p. 53 sq.; 51) Ueber die Wanderungen der Rumänen in den dalmatin. Alpen und den Karpathen, Denks. v. 30 p. 1 sq.; 52) Rumänische Untersuchungen, Denks. v. 32; 53) O slovima z „dz“, Rad jugoslov. akad. v. 9 p. 11 sq.; 54) Marija Kci Angjelina i Konstantin Arijanit, Rad v. 12 p 1 sq.; 55) Psalter s tumačenjem pisan 1316 za Branka Mladênovica, in „Starine“ v. 4. p. 19 sq.; 56) Izvještaj od godine 1772 o monastirich na Fruškoj gori etc., Starine v. 8 p. 1 sq.; 57) „Novo najdeni spomenici iz 9 i 11 wieka“ una cum Francisco Rački edid., Starine v. 12 p. 206 sq.; 58) Vita S. Methodii: russico-slovenice et latine, Vindob. 1870; 59) Altslov. Formenl. in Paradigmen: α) Wien 1874, β) 1883; 60) Vergleich. Gram. der slav. Spr., 2 Th. Stammbildungl., hrsggb. mit Unterstützung der Kais. Akad. d. Wiss., Wien 1873; 61) Vergl. Gram. der slav.

Spr., 4. Th., Syntax: α) Wien 1881, β) 1883; 62) Ueber den Ursprung einiger casus der pronom. Declin., Sitzungsber. v. 78 p. 143 sq.; 63) Ueber die Genetivendung „go“, Sitzungsber. v. 62; 64) Beiträge zur altslov. Gram., Sitzungsber. v. 81 p. 47; 65) Das Imperf. in den slav. Spr., Sitzungsber. v. 77. p. 143 sq.; 66) Ueber die zusammengesetzte Declin., Sitzungsber. v. 68. p. 133 sq.; 67) Recensuit Antonii Małecki librum, qui inscribitur: „Gramat. polska por.“, Gött. G. Anz.; 68) Bellum troianum — cf. Lex. praef...VI. et Starine v. 3, 1871; 69) Confessio generalis, cf. slav. Bibl. v. 2. p. 170; 70) Slavische Elemente im Neugrich., Sitzungsber a. 1869; 71) Die türkischen Elemente in den süd-ost — und osteuropäischen Sprachen (Griechisch, Albanesisch, Rumänisch, Bulgarisch, Serbisch, Kleinrussisch, Grossrussisch, Polnisch), Wien, Gerold, 1884; mox proditurum est in lucem 72) Lexicon summopere desideratum, quo radices linguarum Indoeuropaeorum comparatae comprehendentur.

Tanta librorum, qui de gravissimis rebus slavicis tractant, series Francisci Miklosich auctoritatem in edendo Nestore sequendam esse me lucullentius declarat; accedit iudicium virorum doctorum, ut Gustavi Frid. Hertzberg in „Gesch. Griechenlands κ. τ. λ. 1. Th., Gotha 1876 p. 121. p. 160, et saepius; praeterea cf. HBonitz Ztschr. f. öst. Gymn. v. 17. p. 744; Benfey, Goetting. G. Anz. 1865 p. 1778 sq.; Steinthal, Ztschr. f. Völkerpsych. κ. τ. λ. v. 4. p. 369. Atque ita semper omnia Francisci Miklosich opera summis laudibus efferuntur; itaque virum doctissimum summoque ingenii acumine praeditum, virum, qui tot tantaque merita in gravissimis difficillimisque rebus slavicis enucleandis explicandisque posuit, Slavorum philologorum principem esse inter omnes constat.

Quibus ita comparatis non solum futuro Nestoris editori magna horum operum pars perscrutanda erit, sed etiam unusquisque, qui cum sermone palaeoslovenico artiorem familiaritatem initurus est, iis operam navare debet. Quantum vero in versione Nestoris constituenda in iis profecerim, diiudicare non est meum; sed editioni Nestoris et monographiae „Die Sprache der ältesten russischen Chronisten, vorzüglich Nestors, Sitzungsber. v. 14 p. 2 sq.“ maximum studium a me tributum esse, liberrime profiteri possum.

§. 6. Qua in re quoniam Nestoris sermoni inquirendo codex Hankensteinianus auxilio vocatus est, in hoc codice breviter commorari opus est.

Hic enim codex, qui manu recentiori inscriptus est „Officium temporaneum (= Часословъ) ecclesiae ruthenicae saec. IX.“, Nestoris aetati proximus esse dicitur; servatur in palat. bibl. Vindob. s. n. 37. cod. russ., in quam post mortem Aloisii Hankenstein pervenit. Primus codicem hunc Al. Hankenst. descripsit in „Rezension der ältesten Urkunde der slavischen Kirchengesch., Littr u. Sprache, eines pergamentenen Kodex aus dem VIII. Jahrhunderte — Budae 1804“; sed laetum codicis possessorem vehementer erravisse Josephus Dobrovsky „Institutiones linguae slav. dial. vet. — Vindob. 1822 praef. p. 27 sq.“ ostendit, saeculo enim XII. antiquior non est; vulgo ad saec. XIII. refertur; ipse codex membraneus est, fol. 290, in 4⁰ maiori; ut apographum prius testatur. facillimus lectu; bina folia priora non adnumerata a manu recentiori hymno vespertino conscripta sunt, qui ita incipit: α) **Вѣчерныя наша молитвы прими свѧтыи господи и подаи жѣ намъ ѡставлѣнь ѡтъ грѣховъ, яко одинь яви и оумирѣ въскресениѥ...,** cuius hymni finis est: **Дивичьскоѥ торжьство, днью братниѥ да возиграѥть сѧ тварь... тоя молитвами христе боже спаси доуша наша ⁖**

Quae cum corpore genuino comparata certe peiora evadunt.

Corpus genuinum continet haec: a) fol. 1^a — 154^a et fol. 240^b — 290^b Eirmologium, fine mutilum; b) f. 155^b — 240^a lectiones epistolarum et partes evangeliorum in dies nefastos et festivos; praeterea c) passim per margines totius fere libri rubro colore synaxares nitidissime conscriptae sunt; cf. Mikl. Lexic. praef. s. Hank.

β) Folii primi pagina recta his incipit:

Роукама пречистꙑма отъ персти вогол҄ѣпно испрва създавъ мѧ, роуцѣ простьрлъ ѥси на крестѣ, отъ землѧ възꙑвая тьлѣньноѥ ми тѣло, ѥже отъ дѣвꙑ приятъ.⁖

cf. origo graeca „ὁ χερσὶν ἀχράντοις ἐκ χροὸς θεουργικῶς κατ' ἀρχὰς διαπλάσας με, χεῖρας διαπετάσας ἐν τῷ σταυρῷ, ἐκ γῆς ἀνακαλούμενος, τὸ φθαρέν μου σῶμα, ὃ ἐκ παρθένου προσείληφας“ κ. τ. λ.; atque ita semper antiquiora nostra rei sacrae monumenta cum origine

graeca conferenda esse censeo, praecipue cum Constantini Tischendorf opera haec comparandi ratio facilior facta sit; deinde haec:

Оумерьщвѣние приꙗтъ мене ради и доушю (f. 1 p. v.) къ смерти прѣдасть дъхновѣниемь божествьнꙑимь и отрѣши вѣчнꙑхъ оузъ; съвъскрѣсивъ, нетлѣниѥмь мꙗ прослави:

Радоуи сꙗ благодати источниче; радоуи сꙗ лѣствице и двьри небеснаꙗ; радоуи сꙗ свѣщниче и роучько златаꙗ, горо несѣкомаꙗ, ꙗже живодавьца Христа мирови порожьшаꙗ.

fol. 2. p. r. инъ ермосъ. Христосъ ражает.

Христосъ божить мꙗ въплащаꙗсꙗ; Христосъ мꙗ възносить съмѣрꙗꙗсь; Христосъ же иестрастьна творить мꙑ, стража живодавьць ѥстествомь плоти; тѣмь воспою хвальноую пѣснь, ꙗко прослави сꙗ:

Христосъ въздвиже мꙑ распинаѥмъ; Христосъ съвъскрѣси мꙗ оумьрщвꙗѥмъ; Христосъ жизнь ми дароуеть, тѣмьже веселиѥмь роукама плеща (f. 2. p. v.) пѣваю Спасоу хвальноу пѣснь, ꙗко прослави сꙗ:

Бога дѣвице зачала ѥси, Христа дѣвствѣ родила ѥси; истебе въплъщена Прѣчиста, ѥдиного съставьмь и ѥдиночадьна; въ двою ѥстествоу знаѥмаго сꙑна, ꙗко прослави сꙗ:

Cf. Октоихъ изд. Ставроп. Инст. Leop. a. 1765: Бога Дѣвице зачала еси, Христа же въ Дѣвствѣ родила еси, истебе воплощшасꙗ Пречистаꙗ: единаго составомъ единородно; въ двоихъ же сѹществѣхъ познаваемого Сꙑна: ꙗко прослави сꙗ, unde patet voculam „ꙗ" saec. 18. exeunte adhibitam esse; verumtamen sonum nasalem, quoniam ante Nestorem evanuerat, ei tribuere nemo audebit.

γ. fol. 161 p. r. v. 10. versus insunt sedecim; apost. ad Philip:

Братиѥ, се да моудрьствоуѥть въ васъ, ѥже о Христѣ Ісоусѣ, иже въ зрацѣ божии сꙑи не въсхищение непщева бꙑти равенъ Богови, нъ себе смѣри; зракъ (f. 161 p. v.) рабинъ приимъ, въ подобии чловѣкомь бꙑвъ; и образомь обрѣтесꙗ акꙑ чловѣкъ; смѣри себе, бꙑвъ послоушивъ до смерти, смерти же пропꙗтию; тѣмьже и Богъ

прѣвъзнесе и, дарова има иемоу, иеже паче всакого имене; да и ѿ имени Ісоусъ Христовѣ всако колѣно прѣклоните са небесьскыихъ и зѣмнъıихъ и прѣнсподнъıихъ; и ѣсакъ изыкъ исповѣсть, („вѣсть“ syllaba incipit f. 162. p. r.) ıако Господь Ісоусъ Христосъ въ славоу Богоу и Отцю аминь.

Haec excipit evangelium Lucae c. 10, 38.

Въ҃ (= Въ времꙗ оно) вънидє Ісоусъ въ весь нѣкоую; жена же нѣкаꙗ, именемь Марда, принꙗть и въ домъ свои. и се бѣ иеи сестра именемь Мариꙗ, ıаже и сѣдъши при ногоу Ісоусовоу, слъıшаше слово иего.

ꙋ). Quod prius apographum praestat, specimen est evang. s. Marci c. 8, 34; vocula „Р“ rubro colore depicta cetera haec sunt:

(fol. 166 p. versa) Рече Господь своимъ оученикомъ: иже хощеть по мнѣ ити, да отвержеть са себе и възметь крестъ свои и градеть по мнѣ. ıако иже аще бо хощеть доушю свою спасти, погоубить ю; ıако иже погоубить доушю свою (supra versum superscriptum „тъ спасеть ю); что бо дасть чловѣкъ измѣноу на доуши своиен; иже бо аще постъıдить са мене и моихъ словесъ к родѣ сѣмь любодѣинѣпмь и грѣшьнѣмь (шьнѣмь syllaba incipit fol. 167. p. recta), и сынъ чавѣчьскъ постъıдитьса иего, иегда придеть въ славѣ ѡтца своего съ ангелъı свꙗтъıими. и глаголаше имъ: аминь глаголю вамъ, ıако соуть нѣции ѡтъ сде ствоıащінихъ (vocula „в“ vitium scribae est), иже не имоуть въкоусити смерти, дондеже видꙗть царствие небьсноие, пришедъшеие въ силѣ.

Si qui partiunculam hanc cum codice Zographensi, antiquissimo illo monumento palaeoslovenico glagolitico, conferre velit, aut Victoris Jagič librum aut Francisci Mikl. Formul. in Parad. p. 61 fin. consulat ibique inveniet, quae post „доушю свою“ in cod. Hankenst. omissa sunt.

Qua conferendi ratione altius provecta non solum cum codice Zographensi, sed etiam ex altera parte cum reliquis antiquissimis monumentis, evangelio Assemanio, Glagolita Cloziano, codice Mariano, evangelio Ostromiri traditis, ex altera re litteraria posteriori adhibita ac per codicem Hankensteinianum ad Nestorem accommodatis etiam Kijoviensis monachi lingua constitui poterit.

§. 7. Haec sunt excerpta codicis Hankensteiniani, cuius phonologia in Ann. Acad. Vindob. v. 14 (cf. p. 17) accuratissime doctissimeque ut fieri solet descripta multum salutis Nestoris annalium phonologiae allatum esse manifestum est. Quo egregio libro manuscripto ad reliqua grammaticae artis praecepta excusso et cum Nestore in eundem modum, in quem una ex parte factum est comparato, etiam talia ut sunt „дадѧше — дадоуще — ѩхати боудѧше — нарицють" examinari poterunt; nisi in iis veluti in neglecto discrimine, quod inter verba perfectiva et imperfectiva, iterativa et durativa intercedit, propria scriptoris nostri dicendi scribendique ratio inesse videatur.

Namque Nestoris sermone cum antiquissimis monumentis sacrae rei litterariae comparato, haud pauca invenientur, quae ab istis discrepant; ne de pluribus moneam, in къде c. 3. in. pro идеже (at cf. c. 5. v. 15.) et in ютеръ acquiescam; quod vocabulum in antiquissimis monumentis indefiniti pronominis τὶς vice fungitur; apud Nest. est „ἕτερος = alius". Atque alia sermonis graeci vestigia in monachi Kijoviensis annalibus inveniuntur, ut iam Schloezer animadvertit, cum l. s. β. p. 49 haec dicit „Aber von einer anderen Seite hat das Slavoniſche durch ſein Vorbild überaus viel gewonnen: es hat der griechiſchen Sprache einen Theil ſeines Reichthums, ſeiner Pracht u. ſeiner Biegſamkeit im Flectiren u. Zuſammenſetzen zu danken"; itaque cf. c. 2. p. 2. v. 20 „и съвраша сѧ на мѣстѣ Сенаръ поли = ἐν μέσῳ τῷ Σέναρ πεδίῳ"; c. 5. p. 4. v. 15 „видѣ люди тоу соущиѩ = εἶδεν ἀνθρώπους ὄντας"; deinde graeca γίγνεσθαι — ἐγένοντο reddita per „бъıти — бѧше"; sed c. 6 v. 38 бѧхоу ловѧще звѣрь = ἦσαν θηρεύοντες pro ἐθήρευσαν, quo accuratius venandi consuetudo exprimatur cf. c. 12 v. 36 бѣша работающе; — cf. dativus c. πρέπει = достоитъ c. 20; φέρων = носѧ c. 18 v. 26, pro quo potius partic. praeter. exspectaremus; graeca sunt etiam ѩкоже рѣша c. 4 fin., ѩкоже рекохомъ c. 8 in. c. 9 in. „ὡς λέγουσιν — ὡς λέγεται";— Graecorum aoristus saepissime verbo почаша adhibito exprimitur, cf. держати почаша c. 7 v. 16; c. 8 v. 38; c. 18 v. 37 почали бѧхомъ et ita saepissime. Sed multo saepius iteratur dat. absolutus, ut c. 2 v. 18; c. 3 v. 4; c. 4 in.; c. 5 in. et fin.; c. 8. in.; c. 9. in.; c. 16 in. et fin.; c. 20; alia dicendi ratio Nestori probata est: по потопѣ c. 1; по мнозѣхъ же врѣменехъ c. 3; и по сихъ братии c. 7; по сихъ же лѣтѣхъ c. 12; Nestori placuerunt etiam praepositiones repetitae,

quibus sermo noster patrius adhuc laetatur; qui haec omnia et imprimis particularum „а—и—же“ ubertatem Nestori crimini dant, iniuste faciunt; eadem enim sermonis simplicitas etsi in Herodoto perspicitur, nihilominus Herodotus „pater“, historiae graecae appellatur.

Etenim quid valeat „оүводъı“ c. 10. p. 7. v. 1. statuere non possum; „оү водъı = apud aquam“ esse non potest; instrumentalis substantivi „оүводъ = διῶρυξ = canalis“ (cf. Mikl. Lex. s. h. v.) repugnat; nomin. plur. partic. praes. act., cuius terminandi ratio obtruncata exstat, sine ullo dubio in оүводъı latet; nominativus enim singularis cum 3. plur. оүмъıкахоү coniungi non potest.

Praeterea me sapientiores doceant me quaeso, utrum Volgae fluminis ostiorum numerus 70 an 17 fuerit? Atque ex Varjagis tam celeriter Romam pervenire ne nostris quidem temporibus licet.

Itaque futurus Nestoris editor alios quoque fontes auxilio vocabit. Ne compluribus operibus, quae in utraque posteriori editione a me laudata congesta sunt, chartam onerem, libris Casparis Zeuss, Die Deutschen u. ihre Nachbarn — München 1837 et AForbigeri. Handbuch der alten Geographie aus den Quellen bearbeitet. Leipz. 1842—48 adiuvantibus ex Nestoris annalibus tabula quoque geographica describenda est; quae tabula designandis Slavorum sedibus antiquissimis summopere desideratur.

Si denique rebus in annalibus enarratis ac per ordinem digestis locorum rerumque indices, qui cuique operi eadem quae navi remigia praebent adiumenta, adiciantur, ut hisce Nestori omni ex parte cognoscendo subsidia allata sint, magnopere optandum est.

Atque dignus est Nestor, qui cognoscatur.

Quoniam vero dignitatem eius altius persequi hanc ob causam potissimum impeditus sum, quod ad versionem constituendam properare et tempus iam dudum me monet et condiciones, quibus obstrictus sum, postulant, non peccavero, si Nestorem cum Herodoto comparaverim; „jest to święta księga plemienia słowiańskiego (= divinus est liber Slavorum gentis)“ dicit JKotk. (l. l. praef. fin.) et Karamzin (Istor. v. 2. adn. 213) „Другаго печерскаго лѣтописца не знаемъ (= alius annalium scriptor monachus Kijoviensis ignotus est)“.

Sive igitur fictum Nestoris nomen est, ut quibusdam suspicari placuit. sive solum appellativum, quod ab illo Nestore Pylio profectum nostris quoque temporibus honoris causa usitatur, artiore familiaritate cum monachi Kijoviensis sermone inita nostro auctori antiquissimo tribuere non cunctabimur eandem facultatem qnae tribuitur Nestori Pylio Il. 1, 247 sq.

...τοῖσι δὲ Νέστωρ
ἡδυεπὴς ἀνόρουσε, λιγὺς Πυλίων ἀγορητής,
τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

Pars posterior.

Nestoris Chronicon capp. 1—20 in Romanorum sermonem conversa.

Haec est antiquorum temporum historia, unde Russorum gens provenerit, quis Kioviae primum regnare coeperit, atque unde terra Russica orta sit.

Incipiamus igitur hanc historiam.

Caput I. Post diluvium tres Noae filii, Sem, Cham Japhet terrarum orbem inter se dispertiverunt. atque Semiti*) oriens obvenit, vel potius, ut ita dicam, omnia ab oriente ad meridiem, Persis, Bactria usque ad mare Indicum in longitudinem. in latitudinem ad Rhinocoruram; de-

*) Cf. Mikl. Nest. p. 183 et p. 1. Καὶ κατακληροῦται τῷ μὲν πρωτοτόκῳ υἱῷ Νῶε Σὴμ ἀπὸ Περσίδος καὶ Βάκτρων ἕως Ἰνδικῆς καὶ Ῥινοκουρούρων τὰ πρὸς ἀνατολήν, τῷ δὲ Χὰμ ἀπὸ Ῥινοκουρούρων ἕως Γαδείρων τὰ πρὸς νότον, τῷ δὲ Ἰάφεθ ἀπὸ Μηδίας καὶ ἕως Γαδείρων τὰ πρὸς βορρᾶν. αἱ δὲ λαχοῦσαι χῶραι τῷ μὲν Σὴμ εἰσιν αὗται. Περσὶς, Βακτριανὴ, Ὑρκανία, Βαβυλωνία. Κόρδυνα, Ἀσσυρία, Μεσοποταμία, Ἀραβία ἡ ἀρχαία, Ἐλυμαῒς, Ἰνδικὴ, Ἀραβία ἡ εὐδαίμων, Κοίλη Συρία, Κομμαγηνὴ καὶ Φοινίκη

По потопѣ триѥ сынове Иоѥви раздѣлиша землю, Симъ, Хамъ, Ꙗфетъ. и ꙗ сꙗ въстокъ Симови: Персида, Вактръ даже и до Индикиꙗ въ долготоу, и въ шириноу и до Ринокоуроуръ, ꙗкоже рещи отъ въстока и до полоудьниꙗ, и Соуриꙗ и Мидиꙗ и Єфратъ рѣка, Вавилонъ, Коръдоуна, Ꙗсоуриꙗ, Месопотамиꙗ, Ꙗравиꙗ Старѣишаꙗ, Єлоумаисъ, Индиꙗ, Ꙗравиꙗ Сильнаꙗ, Коулисоуриꙗ, Комагꙑни, Финникиꙗ вьсꙗ. Хамови же ꙗ сꙗ

inde Syria, Media, Euphrates fluvius, Babilonia, Corduena,
Assyria, Mesopotamia, Arabia Vetus, Elymais, India, Arabia-
2 Felix, Caelisyria, Commagene, tota Phoenicia. — Chamiti
vero pars meridionalis obvenit, et id quidem Aegyptus, Aethio-
pia, quae Indis adiacet, altera quoque Aethiopia, ex qua
Aethiopiae fluvius Cermna provenit atque orientem versus
fluit; Thebae, Libya, quae Cyrenaicum attingit, Marmaria,
Syrtica, Libya altera, Numidia, Massuria, Mauritania, quae
contra Gades sita est; ex iis vero, quae ad orientem ver-
gunt, possidet Ciliciam, Pamphiliam, Pisidiam. Mysiam, Ly-
caoniam, Phrygiam, Camaliam, Lyciam, Cariam, Lydiam,
Mysiam alteram, Troada, Eolida, Bithyniam, Phrygiam Vete-
rem; insulas quoque possidet has: Sardiniam, Cretam, Cy-
3 prum Gyonamque fluvium, qui vocatur Nilus. — denique
Japheti regiones septentrionales et occidentales contigerunt:
Media, Albania, Armenia Minor et Maior, Cappadocia, Paphla-
gonia, Galatia, Colchis, Bosporus, Maeotis, Derbi, Sarmatae,

πᾶσα καὶ ποταμὸς Εὐφράτης, τῷ δὲ Χὰμ Αἴγυπτος, Αἰθιοπία ἡ βλέπουσα κατὰ Ἰνδοὺς, Αἰθιοπία ἑτέρα, ὅθεν ἐκπορεύεται ὁ ποταμὸς τῶν Αἰθιόπων, Ἐρυθρὰ ἡ βλέπουσα κατὰ ἀνατολὰς, Θηβαὶς, Λιβύη ἡ παρεκτείνουσα μέχρι Κυρήνης, Μαρμαρὶς, Σύρτις, Λιβύη ἄλλη, Νουμιδία, Μασσυρὶς, Μαυριτανία ἡ κατέναντι Γαδείρων· ἐν δὲ τοῖς κατὰ βορρᾶν τὰ παρὰ θάλασσαν ἔχει· Κιλικίαν, Παμφυλίαν, Πεισιδίαν, Μυσίαν, Λυκαονίαν, Φρυγίαν, Καβαλίαν, Λυκίαν, Καρίαν, Λυδίαν, Μυσίαν ἄλλην, Τρωάδα, Αἰολίδα, Βιθυνίαν, τὴν ἀρχαίαν Φρυγίαν. καὶ νήσους πάλιν ἔχει· Σαρδανίαν, Κρήτην, Κύπρον καὶ ποταμὸν Γειὼν τὸν

полоудьньнаꙗ страна: Єюпьтъ, Єѳиопиꙗ прилежащиꙗ къ Индомъ, дроугаꙗ же Єѳиопиꙗ, изъ неꙗже исходить рѣка еѳиопьскаꙗ Чермьна, текоущиꙗ на въстокъ, Ѳива, Ливоуи прилежащиꙗ до Коуриниꙗ, Маръмариꙗ, Соурьти, Ливоуи дроугаꙗ, Ноумидиꙗ, Масоуриꙗ, Мавританиꙗ противоу соущиꙗ Гадирѣ; въ соущихъ же къ въстокомъ имать Киликию, Памъфилию, Писидию, Моусию, Лоукаонию, Фроугию, Камалию, Ликию, Карию, Лоудию, Моусию дроугоую, Троадоу, Єолидоу, Виѳоунию, Староую Фроугию; и островъı пакъı иматъ: Саръдани, Критъ, Коупръ и рѣкоу

Taurini, Scythia, Thraces, Macedonia, Dalmatia, Molossi, Thessalia, Locris, Pellinia, quae etiam Peloponnesus vocatur, Arcadia, Epirus, Illyricum, Sloveni, Lychnitia, Adria, unde sinus adriaticus dictus; insulas quoque habet has: Britanniam, Siciliam, Euboeam, Rhodum, Chium. Lesbum, Cytharam, Zacynthum, Cephalleniam, Ithacam, Corcyram; Asiae autem partem eam, quae Jonia vocatur cum Tigride flumine, qui Mediam inter Babiloniamque fluit; postremo ad Pontem Euxinum in partibus septentrionalibus Danubium, Danastrim cum montibus Carpatibus vel Hungaricis, proinde ad Danaprim reliquaque flumina, Desnam et Duinam, Volchoviam et Volgam, quae orientem
4 versus in Semitis partem fluit. — in Japhetis parte habitant Russi, Tiudi. et hi populi: Meri, Muromi, Vesi, Mor-

---

καλούμενον Νεῖλον, τῷ δὲ Ἰάφεθ Μηδία, Ἀλβανία, Ἀρμενία μικρά τε καὶ μεγάλη, Καππαδοκία, Παφλαγονία, Γαλατία, Κολχὶς, Βοσπόρη, Μαιῶτις, Δέρβιξ, Σαρμάτις, Ταυρικὴς, Βουταρνὶς, Σκυθία, Θράκη, Μακεδονία, Δαλματία, Μολοσσοὶ, Θεσσαλία, Λοκρὶς, Βοιωτία, Αἰτωλία, Ἀττικὴ, Ἀχαία, Πελληνὴ ἡ καλουμένη Πελοπόννησος. Ἀρκαδία, Ἠπειρῶτις, Ἰλλυρὶς, Λυχνῖτις, Ἀδριακὴ, ἐξ ἧς τὸ ἀδριακὸν πέλαγος, ἔχει δὲ καὶ νήσους· Βρεττανίαν, Σικελίαν, Εὔβοιαν, Ῥόδον, Χῖον, Λέσβον, Κυθήρην. Ζάκυνθον, Κεφαλληνίαν, Ἰθάκην, Κέρκυραν καὶ μέρος τι τῆς Ἀσίας τὴν καλουμένην Ἰωνίαν καὶ ποταμὸν Τίγριν τὸν διορίζοντα μεταξὺ Μηδίας καὶ Βαβυλῶνος.

Гноноу, зовомоую Нилъ. Ꙗфетоу же ꙗша сѧ полꙋнощьнъıꙗ странъı и западьнъıꙗ Мидиꙗ, Ꙗлъваниꙗ, Ꙗръмениꙗ Малаꙗ и Великаꙗ, Кападокиꙗ, Пафлагониꙗ, Галатиꙗ, Колъхисъ, Воспори, Меоти, Дерьви, Сармати, Тавриꙗни, Скоудиꙗ, Ѳраки, Македониꙗ, Далматиꙗ, Молоси, Ѳесалиꙗ, Локриꙗ, Пелиниꙗ, ꙗже и Пелопонисъ нарицеть сѧ, Ꙗркадиꙗ, Ипиротиꙗ, Илюрикъ, Словѣне, Лоухнитиꙗ, Ꙗнъдриꙗкиꙗ, отъ неꙗже анъдриꙗтиньскаꙗ поучина; имать же и островъı: Вретанию, Сикелию, Евию, Родона, Хиона, Лезъвона, Коуѳирана, Закоуньѳа, Кефалинию, Иѳакиноу, Керькоуроу, и часть асийскъıꙗ странъı, нарицаемоую Ионию, и рѣкоу Тигроу, текоущоую междоу Мидъı и Вавилономъ.

dui, Tiudi Transvolociani, Permi, Peceri, Jami, Ugri, Lituani, Semigalli, Corsi, Lethgalli, Livoni, Lachi ac Prussi; Tiudi habitant circa mare Variagicum; ex altera huius maris ripa orientem versus ad Semitis partem, ex altera occasum versus ad Britannorum et Vlachorum terram habitant Variagi; Japhetis enim hae quoque gentes sunt: Variagi, Suevi, Normanni, Gothi, Russi, Britanni, Galli, Vlachi, Romani, Germani, Foroiulenses, Veneti; Franci et reliqui ab occidente ad meridiem habitantes Chamitis genti sunt vicini.

Caput 2. Orbe diviso sortibusque iactis Sem, Cham, Japhet, ne quis fratris provinciam transgrederetur, condicionem constituerunt; qua de causa unusquisque in sua parte habitans eodem sermone usus est. sed hominum numero per terram aucto, Jectano ac Phaleco viventibus turris, quae caelum ipsum attingeret, exstruendae consilium ceperunt; itaque in media Senaris planitie ad turrim ac Babilonem urbem circa eam struendam congressi sunt; quae turris, quamvis quadraginta annos aedificata sit, haudquaquam est
2 finita. — atque deus omnipotens urbem et turrim degressus visum, ecce, inquit dominus, una gens sermoque unus? idcirco sermones permixti et per septuaginta duas gentes divisi a deo per universum terrarum orbem dissipati sunt; sermonibus permixtis turris quoque ingenti vento a deo deleta est; reliquiae autem eius et latae et altae quinque milia quadringentos triginta tres cubitus, quae inter Assyriam ac Babiloniam adhuc exstant, per multos annos serva-
3 tae sunt. — tum vero turri deleta populisque seiunctis filii Semitis orientales regiones, Chamitis meridionales, Japhetis occidentales et septentrionales occupaverunt. Ex his septuaginta duobus populis, et quidem ex Japhetis stirpe, Norici, Slovenorum gens, prodierunt, quia ii quoque habentur Sloveni.

Caput 3. Post longinqua deinde tempora secundum Danubium, ubi nunc iacet terra hungarica et bolgarica, consederunt Sloveni; e quibus Slovenis per terrarum orbem dissipati quo loco consedissent propriis nominabantur nominibus. itaque ad Moravam flumen progressi Moravi, alii Bohemi sunt nominati; praeterea Chorvati Albi et Serbi et
2 Chorutani sunt Sloveni. — nam cum Itali Slovenos adorti essent vique illata sedes eorum occupavissent, Sloveni illi

ad Vistulam progressi illic consederunt ac Lachorum nomen
sibi asciverunt; sed ex his Lachis alii Polani, Lutici alii,
alii Masovii, Pomoriani alii sunt cognominati; Polanorum
cognomen acceperunt etiam illi Sloveni, qui iuxta Danaprim
consederunt; alii quia in silvis habitabant Drevlani, alii in-
ter Pripetim Duinamque sedentes Dregovici sunt dicti;
alii, qui ad Duinam habitabant, Polotae fluviusculi causa in
3 Duinam incidentis Polotiani sunt appellati. — Sloveni vero,
qui circa Ilmen lacum consederunt, proprio nomine nomina-
bantur urbemque a se conditam nominabant Novograd; alii
denique Desna, Sema, Sula fluviis occupatis Severiani sunt
dicti. Hoc modo dissipatus est Slovenorum populus, quam
ob causam etiam scribendi ratio iis propria dicta est Slo-
venica.

Caput 4. Polanis vero in his montibus separatim vi-
ventibus erat iter ex Variagis in Graeciam, ex Graecia au-
tem secundum Danaprim ac supra Danaprim transitus in
Lovotim erat, secundum Lovotim poterant progredi in Ilmen
lacum magnam, ex qua lacu profluit Volchovia fluitque in
lacum magnam Nevo, cuius lacus ostium in mare Variagi-
cum incidit; ac secundum hoc mare Romam poterant profi-
cisci, Roma vero per hoc mare transire Constantinopolim,
Constantinopoli perire in Ponticum mare, in quod incidit Da-
2 napris fluvius. — Danapris enim profluit ex Ocoviensi silva
ac fluit ad meridiem; etiam Duina ex eadem silva profluit,
atque ad septentrionem fluens incidit in mare Variagicum;
ex eadem silva fluit Volga ad orientem atque incidit septu-
aginta ostiis in mare Chualissicum. itaque ex Russia secun-
dum Volgam in Bolgaros et Chualissos transgressi orientem
versus in sortem Semitis possumus transire, secundum Dui-
nam vero in Variagos, deinde ex Variagis Romam, denique
Roma ad stirpem Chamitis. Danapris influit in Ponticum
mare tribus ostiis, quod mare appellatur Russicum, ubi, ut
narrant, Andreas, Petri frater, docuerat.

Caput 5. Cum vero Andreas Sinopi doceret et Cherso
nesum veniret, prope Chersonesum Danapris ostium esse
comperit; Romam igitur profecturus in ostium Danapris per-
venit atque inde Danaprim versus progrediens forte sub
2 montes successit ibique in ripa constitit. — atque cum po-

stero die surgeret, discipulos suos ita allocutus est: vide-
tisne montes hos? nempe in his montibus elucescet gratia
divina, urbs magna hic prodibit multasque ecclesias deus
aedificabit. quibus montibus ascensis benedixit eos cru-
cemque infixit; deinde deo precatus monte, in quo postea
Kiovia orta est, descendit ac Danaprim versus profectus est.
3 itaque ad Slovenos ubi nunc Novograd est pervenit, ac tui-
tus hos homines moresque eorum, quomodo se lavent et
flagellent, admiratus est eos. inde ad Variagos profectus Ro-
mam pervenit et narrans, quae didicerat quaeque viderat,
mirabilia, inquit, vidi in Slovenorum terra, cum huc migra-
rem: vidi balnea lignea, quae vehementer calefaciunt, exu-
tique et nudi facti fermento coriaceo obfunduntur; deinde
virgis teneribus sumptis ipsi sese ita verberant, ut semivivi
exeant; sed gelida aqua conspersi reviviscunt. haec quoti-
die faciunt a nemine coacti, sed ipsi excruciantur, idque
ipsum lavatio iis est, non vero cruciatus. Qui haec audive-
runt, admiratione afficiebantur; Andreas vero commoratus
Romae Sinopim sese contulit.

Caput 6. Dum Polani separatim viverent ac gentes
suas, quae ad horum fratrum tempora per campos habitarent,
dominarentur, unaquaque gens ipsius domina suis sedibus
habitavit. — Tres erant fratres, quorum priori erat nomen Kij,
alteri Scek, tertio Choreb, soror Libedia dicebatur. Kij habita-
bat in monte, ubi nunc quoque sunt angustiae Borycevienses;
Scek habitabat in monte, qui nunc appellatur Scecovitia;
Choreb in tertio monte, qui ab eo Chorebitius mons est
dictus. atque urbem in nomen fratris natu maioris condi-
tam appellaverunt Kioviam. circa urbem silva cum pineto,
ubi feras venabantur, late extendebatur; homines enim, qui
appellabantur Polani quorumque progenies usque ad hunc
diem Kioviae ita nominantur, erant prudentes ac sollertes.
2 Alii vero rerum minus periti Kium transvectorem fuisse pu-
tabant, Kioviae enim ex altera ripa Danapris tum transvectus
erat, ideo dicebant „Kioviam ad traiectum"; sin transvector
Kij fuisset, certe Constantinopolim sese non contulisset, ergo
Kij regnabat in sua gente. itaque magno honore ab illo im-
peratore, quo imperante illic profectus esset, eum affectum
3 esse tradunt; unde revertens venit ad Danubium locoque

ibi adamato designavit castellum, ubi cum gente sua considere conatus est; sed impeditus est ab iis, qui prope habitabant, castellumque Danubiani adhuc appellant Kiovulam. Kij igitur reversus in oppidum suum Kioviam ibi vitam finivit; etiam fratres eius Sčec et Choreb ac Libedia soror hic vita decesserunt.

Caput 7. Etiam post hos fratres eorum progenies regnavit in Polanis; eodem modo in Drevlanis, Dregovicis, in Slovenis qui in Novograd; aliter in Polota, ubi habitant Polotiani; eos excipiunt incolae supra Volgam, Duinam, Danaprim habitantes quorumque oppidum Smolensc dicitur; hi Krivici appellantur; tum ad septentrionem ab iis circa lacum Albam sedent Vesi, circa lacum Rostoviensem Meri, item in Cletiensi lacu
2 Meri. circa Ocam fluvium, ubi incidit in Volgam, alia habitat gens Muromorum; etiam Ceremisi snnt gens alia et Mordui. in Russia enim hae tantum exstant gentes Slovenicae: Polani, Drevlani, Novogradenses, Polotiani, Dregovici, Severi, Bugiani, quia habitabant ad Bugum. denique Volienses. reliquae gentes, quae vectigal pendent Russiae, sunt hae: Tiudi, Meri, Vesi, Muromi, Ceremisi, Mordui, Permi, Peceri, Jami, Lithuani, Semigalli, Corsi, Nervi, Libi; hi sua propria lingua utentes ex stirpe Japhet sunt ac regiones septentrionales incolunt.

Caput 8. Cum Sloveni, ut diximus, secundum Danubium viverent, Bolgari quos dicunt ex Scythia vel potius e Cosaris progressi ad Danubium consederunt Slovenosque subegeruut. postea irruperunt Ugri Albi terramque Slovenicam hereditarunt. hi quidem Ugri primum occurrunt Heraclio imperante, cum Chosroem, Persarum regem, adoriren-
2 tur. — iisdem temporibus prodeunt etiam Obri, qui Heraclium imperatorem aggressi paene eum ceperunt. isti Obri cum Slovenis proeliati subegerunt Dulibos, Slovenorum partem, ac feminas dulibicas stupraverunt. si vehi acciderit Obrino, neque equum, neque bovem iungere permissum erat, sed tres vel quattuor vel quinque feminae currui iunctae
3 Obrinum vehere cogebantur. hoc modo Dulibos Obri vexaverunt, erant enim corpore magni et mente superbi; at a deo exstincti perierunt omnes, nam ne unus quidem remansit Obrinus; qua de causa pervulgata est in Russia usque ad

hunc diem parabola: „perierunt sicuti Obri“; eorum stirpis ne ullum quidem vestigium superest. Post eos advenerunt Pecenigi, deinde iterum Ugri Nigri iuxta Kioviam ierunt, postremum Olego regnante.

Caput 9. Itaque campani incolae separatim ut diximus habitantes ad stirpem slovenicam pertinebant ac dicebantur Polani; etiam silvarum incolae cum Slovenis cohaerebant et dicebantur Drevlani. Radimici vero et Vjatici a Lachis originem ducunt: namque in Lachis duo fratres, Radim et Vjatco, fuisse narrantur; cum uterque advenisset, Radim in Sogia consedit, qua de causa Radimici appellati sunt; a Vjatco vero, qui cum sua gente secundum Ocam consedit, dicti sunt Vjatici. vivebant igitur concordes et Polani et
2 Severi et Radimici et Vjatici et Chorvati. — Dulibi vero habitabant secundum Bugum, ubi nunc Volinienses habitant; Uglici et Tiverci secundum Danastrim habitantes Danubium adtingebant; quia multitudine frequentes erant, sedebant secundum Danastrim usque ad mare eorumque oppida ad hunc diem exstant; idcirco dicti sunt a Graecis Scythia Magna.

Caput 10. Iidem habebant proprias consuetudines et leges patrum suorum et traditiones; unicuique erat proprius mos. itaque Polanorum instituta a maioribus percepta mansueta et placida sunt; excellebant verecundia erga matres et patres; praeterea eximium pudorem erga socrus et leviros exigebant; hunc nuptiarum morem persequebantur: haudquaquam procus virginem ambit, sed sponsa vesperi adducta
2 crastino die adferebant, quae isti erant daturi. — aliter Drevlani, qui more ferarum, pecudum ritu vivebant: amicus amicum interficiebat, comedebant quascunque res impuras; quia connubium apud eos erat nullum, corripientes virgines abducebant eas. eaedem consuetudines erant Radimicis, Vjaticis, Severis: silvas sicuti quaelibet ferae incolentes rebus turpibus vescebantur; pudenda apud eos coram patribus et nuribus; connubia apud eos omnino deerant; erant autem ludi per vicos, atque ad ludos saltationesque et diabolicas commissationes peragendas congressi ex iis, quibuscum antea paciscebantur, uxores sibi rapiebant. itaque tres quattuorve
3 uxores habebant. — si qui mortuus sit, certaminibus in eius honorem institutis cadaver in exstructum rogum ingentem

impositum combusserunt, quibus perfectis ossa in parvum vas collecta in columna condiderunt, id quod Vjatici nunc quoque faciunt. — Has consuetudines exsequebantur Krivici, ceterique pagani ignari institutorum divinorum atque ipsi leges sibi constituentes.

Caput II. Georgius in annalibus narrat*): unusquisque populus aut scriptas leges habet aut consuetudinibus

---

*) Ἐν γὰρ ἑκάστῃ χώρᾳ καὶ ἔθνει ἐν τοῖς μὲν ἔγγραφος νόμος ἐστὶν, ἐν τοῖς δὲ ἡ συνήθεια, νόμος γὰρ ἀνόμοις τὰ πάτρια δοκεῖ· ὧν πρῶτοι Σῆρες οἱ τὸ ἄκρον τῆς γῆς οἰκοῦντες νόμον ἔχουσι τὸ πατρῷον ἔθος, μὴ πορνεύειν ἢ μοιχεύειν ἢ κλέπτειν ἢ λοιδορεῖν ἢ φονεύειν ἢ κακουργεῖν τὸ σύνολον. νόμος δὲ παρὰ Βακτριανοῖς ἤτοι Βραχμάνοις καὶ Νησιώταις ἡ ἐκ προγόνων παιδεία τε καὶ εὐσέβεια, μὴ κρεοφαγεῖν ἢ οἰνοποτεῖν ἢ λαγνεύειν ἢ παντοίαν κακίαν διαπράττεσθαι, διὰ πολὺν φόβον θεοῦ καὶ πίστιν, καίτοι γε τῶν παρακειμένων αὐτοῖς μιαιφονούντων καὶ αἰσχροπραγούντων ἐμμανῶς τε καὶ ὑπερφυῶς, ἐν δὲ τοῖς ἐσωτέροις μέρεσι τούτων ἀνθρωποβοροῦντες μάλιστα καὶ κατεσθίοντες ἀλλήλους ὡς οἱ κύνες. ἕτερος νόμος Χαλδαίοις καὶ Βαβυλωνίοις, μητρογαμεῖν καὶ ἀδελφοτεκνοφθορεῖν καὶ μιαιφονεῖν καὶ πᾶσαν

Глаголеть Георгий въ лѣтописании: ибо коемоуждо ıазыкоу овѣмъ исписанъ законъ ıесть, дроугъıмъ же объıчай, за не законъ безаконьникомъ отьчьствиıе мьнить сıа. отъ нихъже первии Сирн живоущıей на коньць землıа законъ имоуть отьць своихъ обычай: не любодѣıати и прѣлюбодѣıати, ни красти, ни клеветати, ни оубити, ни зълодѣıати вьсьма. законъ же оу Бактрıанъ, глаголемъıхъ Врахманъ, и оу Островьникъ ıеже отъ прадѣдъ наказаниıе и благочьстиıе, мıасъ не ıадоуще, ни вина пиıуще, ни блоуда творıаще, никакоıаже зълобъı творıаще, страха ради многа божиıа, ибо таче прилежащıемъ къ нимъ Индомъ оубийстводѣйцамъ и скверностворıащıемъ гнѣвливо и паче ıестьства, въ вьноутренıайшии странѣ чловѣкъı ıадоуще и страньствоующıихъ оубивахоу, паче же ıадıахоу ıако пьси. ıетеръ же законъ Халдѣıемъ и Вавилонıамъ: матери поимати, съ

tenetur, quia patrum instituta iis, qui nullas leges habent, leges esse videntur. ex iis primum Seres, qui extremam orbis terrarum partem incolunt, patrum consuetudines, neque adulterari stuprarique, neque furari ac calumniari, neque necare omninoque malefacere leges esse existimant. —
2 apud Bactrianos vero, qui Brachmani appellantur, et apud Insulanos a maioribus quidem pietate institutum est, neque carnem edere neque vinum bibere, neque salacem esse neque malitiam aliquam committere magni timoris divini causa, quamquam Indi, eorum vicini, interfectores sunt ac nefarii, violentes modumque excedentes; etiam qui interiorem partem incolunt, homines devorant, peregrinantes trucidant ac
3 turpius vescuntur, quam canes. — alii mores sunt Chaldaeis et Babiloniis: matribus nubere, cum consobrinis moechari easque occidere; praeterea, etiamsi procul a sua terra sint, quodcunque turpe factum ut virtutem facere putant. aliae consuetudines sunt Geleis: feminae apud eos arant, tecta aedificant, omnia virorum opera perficiunt, sed etiam adulteria ad libitum committunt; qua in re a maritis suis neque impediuntur neque invidentur; quibus vero sunt

---

θεομισῆ πρᾶξιν ὡς ἀρετὴν ἀποτελεῖν, κἂν πόρρω τῆς χώρας αὐτῶν γένωνται. ἄλλος δὲ παρὰ Γηλαίοις νόμος. γυναῖκα οἰκοδομεῖν καὶ γεωργεῖν καὶ τὰ ἀνδρῶν ἔργα πράττειν, ἀλλὰ καὶ πορνεύειν, ὡσὰν βούλωνται, μὴ κωλυόμεναι παντελῶς ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν ἢ ζηλούμεναι, αἳ ὑπάρχουσι καὶ πολεμικώταται, καὶ θηρῶσι τὰ μὴ λίαν ἰσχυρότατα τῶν θηρίων, ἄρχουσι δὲ καὶ τῶν ἰδίων ἀνδρῶν καὶ κυριεύουσιν. ἐν δὲ Βρεττανίᾳ πλεῖστοι ἄνδρες μιᾷ συγκαθεύδουσι γυναικί, καὶ πολλαὶ γυναῖκες ἑνὶ ἑταιρίζονται ἀνδρί,

братьни чад'ы блоудъ д'ѣꙗти, и оубивати, вьсꙗко бо стоудьноѥ д'ѣꙗниѥ ꙗко добродѣтѣль мьнꙗть сꙗ д'ѣюще, любо далече стран'ы своѥꙗ боудоуть. инъ же законъ Гил'ѣом'ъ: жен'ы оу нихъ орють, зиждоуть храм'ы, и моужьскаꙗ д'ѣла творꙗть, нъ и люб'ы творꙗть, ѥлико хотꙗть, не въздьржаѥм'ы отъ моужий своихъ вьсьма, ни зазрꙗть, въ нихъже соуть хравр'ы жен'ы, ловꙗть звѣрь крѣпък'ый, владѣють же моужи своими и доблꙗють ими. въ Бретании же мнози моужи съ ѥдиною женою

uxores audaces, venantur feras bestias, imperant maritis iisque dominantur. deinde in Britannia quoque plures viri cum una uxore dormiunt ac plures feminae cum uno viro commiscentur; legibus vetita ut patrum mores a nemine
4 invisae neque prohibitae facere solent. — carent maritis Amazones, quae stulti pecoris instar semel anno exulantes ad vernum tempus coniunguntur cum finitimis viris, eamque occasionem sicuti diem quemdam festum celebrant; a his cum in ventribus concepissent, omnes deinde revertuntur; dum vero tempus adveniat, quo parturae sint, genitam stirpem virilem occidunt, progeniem virginalem nutriunt
5 ac diligenter educant. — equidem nostris quoque temporibus Polovci his patrum institutis tenentur: sanguinis profusione gloriari; vesci cadaveribus omnibusque foedis rebus, ut muribus cricetis et muribus citellis; novercas et fratrias uxores ducere aliasque patrum consuetudines per-

---

καὶ τὸ παράνομον ὡς νόμον καλὸν καὶ πατρῷον πράττουσιν ἀζήλωτον καὶ ἀκώλυτον. Ἀμαζόνες δὲ ἄνδρας οὐκ ἔχουσιν, ἀλλ' ὡς τὰ ἄλογα ζῶα ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ περὶ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν ὑπερόριοι γίνονται, καὶ μιγνύμεναι τοῖς γειτνιῶσιν ἀνδράσιν ὡς πανήγυρίν τινα καὶ μεγάλην ἑορτὴν τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἡγοῦνται, ἐξ ὧν κατὰ γαστρὸς συλλαβοῦσαι παλινδρομοῦσιν οἴκαδε πᾶσαι, τῷ δὲ καιρῷ τῆς ἀποκυήσεως τὸ μὲν ἄρρεν φονεύουσι, τὸ δὲ θῆλυ ζωογονοῦσι καὶ ἐπιμελῶς ἐκτρέφουσι. — Cf. Mikl. Nest. p. 184 et p. 7. sq.

съпꙗть, и многꙑ женꙑ съ единѣмь моужемь похотьствоують: безаконьнаꙗ акꙑ законъ отьць творꙗть независтьно ни въ зъдержаньно. Амазонꙗ же моужа не имоуть, нъ акꙑ скотъ бесловесьнꙑи единою лѣтомь[2] къ весньнꙑмъ дьнемъ оземьственꙑ воудоуть, и съчетають сꙗ съ окрестнꙑими имъ моужи, ꙗко нѣкоторое имъ торжьство и велико праздьньство врѣмꙗ то мьнꙗть: отъ нихъ зачьнъше въ чрѣвѣ, пакꙑ разбѣгноуть сѧ отъ сюдоу вьсꙗ. въ врѣмꙗ же, хотꙗщимъ родити, аще родить сꙗ моужьскъ полъ, погоубꙗть; аще ли дѣвичьскъ полъ, то въздоꙗть, и прилежьнѣ въспитають.

ficere. — At nos Christiani, ubicunque terrarum sumus, ubivis in sanctam trinitatem, unum baptizmum unamque fidem credimus, habemus unam consuetudinem, quippe qui in Christo baptizati et Christo imbuti simus.

Caput 12 Post haec tempora. cum isti fratres mortui
essent, Polani vexati erant a Drevlanis aliisque vicinis;
etiam Cosari, cum in horum montium silvis hibitarent, eos
adorti sunt vectigal sibi solvere postulantes. itaque consilio
inito a camino gladium deferebant; quibus ad principem et
proceres delatis Cosari sese novum vectigal invenisse glo-
riabantur; — isti interrogaverunt: unde? hi responderunt:
in montium silvis, qui supra Danaprim fluvium; isti interro-
2 gavernnt: quid dederunt? hi ostenderunt gladinm. — ad
haec senes Cosarorum: o princeps! minus bonum est vec-
tigal, quod apud istos armis ex una tantum parte acutis,
qui dicuntur enses, reperti sumus; illorum enim arma, qui
dicuntur gladii, utrimque acuta sunt; hi igitur cum a nobis
3 tum ab aliis regionibus vectigal repetent. — quae omnia
perfecta sunt, nam non ex sua ipsorum sententia, immo
potius deorum monitu haec praedixerunt; veluti ad Pharao-
nem, Aegypti regem, cum Moises adduceretur, principes
Pharaonis hunc Aegypti potestatem oppressurum esse al-
locuti sunt Pharaonem, id quod factum quidem est. Aegyptii
enim, qui antea dominabantur, subacti sunt ab his, quos
dominabantur, atque iis, qui eorum antea fuerunt servi,
nunc ipsi serviunt. Idem accidit Cosaris, quibus usque ad
hunc diem principes Russorum imperitant.

Caput 13. Anno 6360. indictionis 15. Michaele impe-
rante terra haec dici coepta est russica. de qua re inde
certiores facti sumus, quod hoc imperatore, ut in Grae-
corum Chronicis est scriptum, Russi Constantinopolim in-
2 vaserunt; abhinc igitur incipientes numeros ponemus. — ab
Adamo ad diluviem anni sunt 2242; a diluvio ad Abraha-
mum anni 1082; ab Abrahamo ad migrationem Moisae anni
430; a Moisae migratione ad Davidem anni 601; a Davide
et initio imperii Solomonis ad Ierosolyma capta anni 448;
a servitute ad Alexandrum anni 318; ab Alexandro ad Chri-
stum natum anni 333; a Christo nato ad Constantinum
anni 318; a Constantino ad hunc Michaelem anni 542; —

3 a primo anno Michaelis ad primum annum Olegi, Russorum principis, anni 29; a primo anno Olegi, cum Kijoviae consedisset, ad primum annum Igori anni 31; a primo anno Igori ad primum annum Sviatoslai anni 33; a primo anno Sviatoslai ad primum annum Jaropolci anni 28; Jaropolc princeps erat per annos 8; Vladimir per annos 37; Jaroslaus per annos 40; itaque a Sviatoslai morte ad mortem Jaroslai sunt anni 85, a morte Jaroslai ad Sviatopolci mortem anni 60.

Sed nos ad priora reversi quid hisce annis factum sit narrabimus; atque ut antea primo Michaelis anno incipientes numeros ex ordine ponemus.

Caput 14. Anno 6361. anno 6362. anno 6363. anno 6364. anno 6365. anno 6366 Michael imperator cum exercitu terra marique in Bolgaros profectus est. Bolgari vero, cum cognoscerent, sese iis resistere non posse, ut baptizentur petiverunt seque Graecorum potestati dediderunt. itaque eorum principe omnibusque optimatibus baptizatis imperator
2 cum Bolgaris pacem iniit. — anno 6367 Variagi mare transgredientes a Tiudis, Slovenis, Meris, Vesis, Crivicis vectigalia reportabant; etiam Cosari a Polanis, Severis, Vjaticis album sciurum exigebant tributum fumarium.

Caput 15. Anno 6368. anno 6369. anno 6370 Variagis trans mare expulsis tributoque iis negato cum Polani ipsi regnare coepissent, iustitia apud eos deerat; itaque gens in gentem coorta et discordia exorta est; quam ob rem secum bellare coeperunt. ergo dixerunt inter sese: eligamus sibi principem. qui nobis imperitaret iusteque iudicaret. itaque profecti sunt trans mare ad Variagos i. e. Russos, ita enim i. e. Russi appellantur Variagi, veluti alii dicuntur Svei, alii Normani, Aglani, alii Gothi, ita etiam hi. tum Tiudi, Sloveni, Crivici, Vesi Russis dixerunt: „terra nostra magna est et frugifera, sed ordo deest; veniatis igi-
2 tur principes ad nos regnatum“. — tres igitur fratres cum gentibus suis iter ingressi ac secum omnes Russos nacti cum advenissent, eorum natu maximus Ruric in Novo-Grad consedit, alter Sineus in Belo-Jezero, tertius Truvor in Izborsc; Novogradenses ab his Variagis populus russicus appellati sunt; Novogradenses enim incolae sunt gente Va-

3 riagica, antea fuerunt Sloveni. — sed postquam duobus annis
post Sineus fraterque eius Truvor mortui sunt ac Ruric potesta-
tem percepit, viris suis oppida dispertiens alteri Polotsc, al-
teri Rostoviam, alteri Belo-Jezero dedit; quamquam in his
quoque oppidis Variagorum coloni inveniuntur, tamen pri-
mores incolae in Novograd Sloveni sunt, Crivici in Polotsc,
Meri in Rostov, Vesi in Belo-Jezero, Muromi in Murom;
4 quibus omnibus imperitabat Ruric. — erant apud eum duo
viri, minime quidem ex eius genere, sed optimates, qui sibi
suaeque familiae venia Constantinopolim eundi expetita se-
cundum Danaprim progredientes, cum in monte oppidum
conspicerent, cuius mons esset quaesiverunt. quibus re-
sponsum est: „tres fuerunt fratres Kij, Šček, Choreb, qui
hoc oppidulo aedificato mortui sunt; nos vero, eorum pro-
genies, hic sedentes vectigal Cosaris pensitamus.“ cum igitur
Ruric in Novograd imperitaret, Oscold et Dir in isto oppido
consederunt ac coacta Variagorum multitudine in Polanorum
terra regnare coeperunt.

Caput 16. Anno 6371. anno 6372. anno 6373. anno
6374 Oscold et Dir quarto decimo anno Michaele imperante
in Graecos profecti eos adierunt. imperatori vero in Aga-
rianos profecto et ad Cernam flumen progresso eparchus
Russos Constantinopolim aggredi nuntium misit; idcirco im-
2 perator reversus est. — interim illi intra fretum provecti
vehementem Christianorum caedem fecerunt ac ducentis na-
vibus Constantinopolim obsederunt. imperator vixdum ur-
bem intraret, cum Photio patriarcha in ecclesiam sanctae
virginis in Blacherna sitae festinat ibique totam noctem
precantes peragunt, divinam vestem sanctae matris can-
tantes efferunt atque in flumen immergunt, quia mare prop-
3 ter tranquillitatem placidum erat; — tum repente procella
et tempestas exoriuntur, permagnis fluctibus impiorum Rus-
sorum naves alternatim dissipantur, ad ripam proiiciuntur
atque ita pessumdantur, ut pauci tantum cladem effugerent
et in patriam reverterent.

Caput 17. Anno 6375. anno 6376 Basilius regnare
coepit.

Anno 6377 universa Bolgaria baptizata est.

Anno 6378. anno 6379. anno 6380. anno 6381. anno

6382. anno 6383. anno 6384. anno 6385. anno 6386. anno 6387 Ruric mortuus est atque ad Olegum, qui ex eius stirpe fuit, principatus devenit; cuius tutelae etiam filium suum Igorem, quia infans erat, commisit.

Caput 18. Anno 6388. anno 6389. anno 6390 Oleg
magno exercitu ex Variagis, Tiudis, Slovenis, Meris, Vesis,
Crivicis collecto, Crivicios adortus oppidum eorum Smolensc
cepit ibique milites suos collocavit; abinde deorsum pro-
gressus Lubeciam occupavit ibique manum suam collocavit;
cum postea ad Kijoviae montes successisset, ibi Oscoldum et
Dirum regnare certior factus milites partim in navibus oc-
2 cultavit, partim in praesidio reliquit; — ipse cum Igore
infante prodiens ad Ugorsc adnavigavit militibusque occulta-
tis ad Oscoldum et Dirum legatos mittit, qui sese in Graecos
ab Olga et Igore principe proficisci nuntiarent; venirent igitur
ad se, agnatos suos. — tum vero, ubi Oscold et Dir vene-
runt, reliqui e navibus prosiliunt atque Oleg Oscoldum et
Dirum neque principes esse neque genere principum origi-
nem ducere contendens sese genere principis descendere et
3 Igorem prolatum Ruricis filium esse affirmavit. — deinde
Oscold et Dir interfecti atque in monte, qui adhuc Ugorscoie
vocatur ubique etiam nunc Olmae aula iacet, sepulti sunt;
in quo tumulo Olma ecclesiam sancti Nicolai aedificavit;
4 Diri tumulus post sanctam Irenam iacet. — Oleg Kijoviae
princeps factus hanc Russiae urbibus caput fore praedixit. erant
apud eum Variagi et Sloveni ceterique appellati sunt Russi;
idem Oleg oppida struere coepit ac Slovenos, Crivicios, Me-
ros pacis causa Variagis vectigal solvere iussit et id quidem
a Novogrado quotannis grivnas trecentas, quod tributum
usque ad mortem Jaroslai Variagis solutum est.

Caput 19. Anno 6391 Oleg cum Drevlanis bellavit, quibus subactis tributum ab iis exegit nigram felem.

Anno 6392 Oleg in Severianos profectus est, quibus subactis leve vectigal imposuit, quod Cosaris pendere eos vetuit sese illis hostilem esse, haudquaquam Severianis affirmans.

2 Anno 6393 Oleg ad Radimicios legatos misit, cui tri-
butum solvant quaerentes . qui cum Cosaris sese vectigal
solvere respondissent, Oleg negato Cosaris vectigali idem

sibi pensitare iussit; singulos igitur nummos, veluti Cosaris dederant, Olego penderunt. itaque Oleg Polanis et Drevlanis, Severianis et Radimiciis imperitans cum Uglicis ac Tivercis bellum gerebat.

Anno 6394. anno 6395 imperabat Leon, Basilii filius, cui Lev cognomen est, ac frater eius Alexander, qui regnavit annos viginti sex.

Anno 6396 anno 6397. anno 6398. anno 6399. anno 6400. anno 6401. anno 6402. anno 6403. anno 6404. anno 6405. anno 6406 Ugri Kijoviam praetereuntes praeter montem, qui nunc quoque Ugorscoie vocatur, atque ad Danaprim progressi castra posuerunt, nam eodem modo quo Polovci iter facere solebant. qui cum ab oriente venissent, magnis montibus superatis primum Vlachis et Slovenis bellum intulerunt; hic enim antea Sloveni habitaverunt, quam Slovenorum terram Vlachi occupaverunt; posthac cum Ugri Vlachos expulissent terramque eorum occupavissent, una cum Slovenis, quos subegerunt, habitabant; itaque abinde
4 terra ugorsca appellata est. — deinde Ugri Graecis bellum intulerunt, Thraciaque ac Macedonia usque ad Thessalonicam occupatis cum Moravis et Bohemis bellare coeperunt. namque ad unum eundemque populum Slovenicum pertinebant cum Sloveni ab Ugris subacti, qui secundum Danubium habitaverant, tum Moravi et Bohemi et Lachi et Polani, qui nunc vocantur Russi.

His Moravis primum scriptura sancta conversa est, quae scribendi ratio dicta est slovenica eaque cum a Russis, tum a Bolgaris Danubianis usitatur.

Caput 20. Slovenis baptizatis principes eorum Rostislaus, Svjatopolc, Cocel ad Michaelem imperatorem legatos miserunt, qui dicerent: terra nostra baptizata quidem est,
2 deest autem magister, qui nos institueret ac doceret librosque sacros converteret; neque graecum sermonem neque latinum intellegimus; alii enim aliter docent, quam ob causam neque formam neque vim scripturae perspicimus; mittatis igitur nobis magistros, qui scripturae verba eorumque significationem nobis interpretarentur.

Quibus auditis Michael imperator philosophos omnes convocavit et Slovenorum principum postulata iis exposuit. cui

philosophi in Thessalonica reperiri virum, cui nomen esset
Leo, eumque habere duos filios, sermonis slovenici peritos
responderunt; prudentes esse hos filios utrumque philoso-
phum. his auditis imperator in Thessalonicam ad Leo-
nem legatos misit, qui dicerent: mitte ad nos celeriter filios
3 tuos Methodium et Constantinum. — quibus auditis Leo cele-
riter filios misit; quos imperator, simulac ad eum venerunt,
ita allocutus est: ecce Slovenorum populus ad me legatos misit
petentes, ut iis magistrum mitterem, qui sacros libros con-
verteret; id est, quod postulant. qui cum imperatori paruis-
sent, ad Rastislaum, Svjatopolcum, Cocelum missi sunt. ubi
primum venerunt, litteras alphabeti slovenici composuerunt
atque Apostolum et Evangelium converterunt. Sloveni igi-
tur. cum divinam maiestatem propria lingua celebratam au-
dirent, magnopere laetati sunt; posthac Psalterium, Octoë-
4 chum reliquosque libros converterunt. — sed quidam litteras
slovenicas despicere coeperunt dicentes: nulli populo, nisi
Hebraeorum, Graecorum, Romanorum, sicuti ex Pilati prae-
cepto in cruce domini scriptum erat, proprias litteras habere
licet. quae cum pontifex romanus comperisset, eos, qui slo-
venicos libros despicerent, vituperavit affirmans: efficiatur
scripturae verbum „omnes populi deum laudabunt", addidit-
que „omnes variis sermonibus magnitudinem divinam cele-
brabunt, prout spiritus sanctus praedicandi potestatem iis
dedit; si qui igitur litteras slovenicas blasphemaverit, seiun-
gatur ex ecclesia, donec melior fiat; hi enim lupi sunt, non
oves, quos ex frugibus cognoscere quosque cavere fas est;
vos vero, dei filii, oboediatis institutionibus nec repudiatis
doctrinas ecclesiae, veluti Methodius. magister vester, vos
5 docuit". — atque Constantinus populum Bolgarorum docendi
causa reversus est, Methodius vero in Moravia remansit. po-
stea Cocel princeps Methodium Pannoniae episcopum insti-
tuit in sede sancti Andronici apostoli, qui unus erat e
septuaginta discipulis sancti Pauli apostoli. deinde Metho-
dius duobus sacerdotibus in scribendo celerrimis omnes li-
bros e graeco sermone in slovenicum convertendos commisit,
id quod cum mense Martio incepissent, a. d. VII. Cal. Nov.
sex mensium spatio confectum est. qua re finita deo gra-
tias debitas egit gloriamque eius praedicavit, quia tali

gratia Methodium episcopum, Andronici successorem, affe-
6 cit. — quam ob causam slovenici populi praeceptor est Andronicus apostolus, quoniam ad Moravos ventitaverat; etiam Paulus apostolus hic docebat, namque hic Illiricum est situm, quod Paulus apostolus frequentabat; verumtamen hic Sloveni antiquitus habitaverant. qua de causa populi quoque slovenici praeceptor est Paulus apostolus; ad hunc populum nos quoque Russi pertinemus, propterea nostrorum quoque Russorum magister est Paulus apostolus, qui populum slovenicum instituerat atque Andronicum episcopum ac successorem suum populo slovenico reliquerat. namque Slovenicus populus idem est ac russicus; a Varjagis enim Russi cognominati sunt, qui antiquitus Sloveni appellabantur; et quamquam Polani appellabantur, nihilosetius lingua erat slovenica; Polani vero dicuntur, quia in campis habitant, verumtamen sermone uno eodemque utuntur.

Sed haec hactenus, quippe cum hoc parvo specimine probari possit, utrum Danaidum labori similis foret Nestoris conversio a me confecta, an ad scriptorem nostrum antiquissimum interpretandum quibus necesse esset disciplinis adiutus accessissem.

Praeterea haec levis pars suppeditat quasdam res gravissimas, ut:

а) c. 2. §. 3. fin. „отъ сихъ же седмь десать и двою ıазыкоу бысть ıазыкъ словѣньскъ, отъ племени Афетова, Норици, иже соуть Словѣне = ... Norici, qui sunt Sloveni“;

б) c. 3. init. de Russorum in Hungarorum et Bolgarorum terram migratione ita narratur „по мнозѣхъ же врѣменехъ сѣли соуть Словѣне по Доунаеви, къде ıесть нынѣ оугорска земла и болгарска = ... post multos deinde annos consederunt Sloveni secundum Danubium, ubi nunc terra hungarica et bolgarica iacet“; cf. c. 8. init. „Словѣньскоу же ıазыкоу, ıакоже рекохомъ, живоущю на Доунаи, придоша отъ Скоудь, рекъше отъ Козаръ, рекоми Болгаре, и сѣдоша по Доунаеви, и насильници Словѣномъ быша = cum Slovenorum populus, ut diximus (c. 3. init), secundum Danubium habitaret, Bolgari quos dicunt ex Scythia vel potius e Cosaris progressi ad Danubium consederunt Slovenosque subegerunt“; cf. Mikl. For-

menl. in Parad. praef. p. 1 sq. et E. Dümmler in Archiv f. österr. Gesch. v. 13. p. 147 sq.;

в) c. 9. §. 2. „и Тикерьци сѣдꙗхоу по Дънѣстроу, присѣдѧхоу къ Доунлеви, и бѣ множьство ихъ... да то сѧ зовꙗхоу отъ Грекъ Великаꙗ Скоудь = ... idcirco a Graecis Scythia Magna appellata est“;

г) c. 16. §. 3. Russi Constantinopolim obsident;

д) c. 19. §. 3. sq. Ugri Kijoviam invadunt, Sloveni a Vlachis expelluntur, Ugri Graeciam aggrediuntur, deinde Moraviam et Bohemiam devastant; cum Moravi et Bohemi, tum Lachi et Polani ad unum eundemque Slovenorum populum pertinebant; dicit enim Nestor ibdm. c. 19. §. 4. „и начаша (Оугри) воєвати на Моравꙋ и на Чехи. кѣ єдинъ ꙗзꙑкъ словѣньскъ, Словѣни, иже сѣдꙗхоу по Доунаєви, ихъже приꙗша Оугри, и Морака и Чеси и Лꙗхоке и Полꙗне, ꙗже нꙑнѣ зовомаꙗ Роусь = deinde Ugri cum Moravis et Bohemis bellum gesserunt. namque ad unum eundemque Slovenorum populum pertinebant cum Sloveni, qui secundum Danubium habitabant, tum Moravi et Bohemi et Lachi et Polani, qui nunc vocantur Russi“. Itaque vocabula „кѣ єдинъ ꙗзꙑкъ словѣньскъ“ ex Nestoris opinione significant, primum 1) „unus erat populus slovenicus“ vel „unum Slovenorum populum efficiebant“; quae eadem opinio altius exponitur c. 20. §. 6. „и поставилъ єсть (апостолъ Павьлъ) єпископна и намѣстьника но себѣ Ꙗнъдроника словѣньскоу ꙗзꙑкоу. а словѣньскъ ꙗзꙑкъ и роуськꙑй єдинъ, отъ Варꙗгъ во прозваша сѧ Роусию, а нервѣіє кѣша Словѣне = Paulus apostolus Andronicum episcopum ac successorem suum populo Slovenorum reliquerat. namque slovenicus populus idem est ac russicus; a Varjagis enim Russi cognominati sunt, qui antiquitus nominabantur Sloveni“; tum vero additis *α*) ibdm. fin. „аще и Полѧне звахоу сꙗ, нъ словѣньска рѣчь бѣ = etiamsi Polani appellabantur, nihilosetius sermo erat slovenicus“; atque adiectis praecipue β) „Полѧне же прозваша сꙗ, за неже въ поли сѣдꙗхоу, а ꙗзꙑкъ словѣньскꙑй имъ єдинъ = Polani dicuntur, quia in campis habitant, verumtamen sermone utuntur uno“ 2) a Nestore sermonem slovenicum eundem quem russicum esse habitum concludi potest; ceterum in „ꙗзꙑкъ“ substantivo apud Nestorem quattuor notiones latent: a) lingua = die zunge; b) sermo = die sprache; c) populus = das volk;

d) plur. tant. ꙗзꙑци = die heiden = pagani; cf. c. 1. p. 2 „си ꙗзꙑци = hi pagani“, sed „вьси ꙗзꙑци“ potius „omnes populi“ significare videtur; similiter cum „землꙗ“ subit. res sese habet, cf. p. p. p. 4.

е) numne illa quoque c. 20. §. 2. „ѥсть моужь въ Селоуни, именемь Львъ, и соуть оу него сꙑнове разоумиви ꙗзꙑкоу словѣньскоу = ... sunt apud eum filii gnari sermonis Slovenorum“ leviter tantum dicta esse putaverimus?

ж) denique totum caput 20. multum valet valebitque; res enim h. c. traditae aliis quoque monumentis pervulgatae sunt et in Florilegia quae dicuntur transmigraverunt.

Itaque superest, ut duobus exemplis ostendam necessitatem, quae intercedit inter Nestorem aliosque scriptores.

I.

Qua in re monumento quod inscribitur „Vita sancti Methodii, russico-slovenice et latine edidit Fr. Miklosich, Vindob. 1870.“ primus locus tribuendus est non solum hanc ob causam, quod viri doctissimi eiusdem auctorite commoti de antiquissimis Slavorum sedibus constituendis in duas partes abierunt, verum etiam propter sermonem ipsum et ob quaedam facta, quae eodem fere modo, quo a Nestore posteritati tradita sunt; omnino huiusce Vitae s. Method. praecipue capp. 5. 6. 7. 8. non sunt praetereunda; itaque nonnulla, quibus Nestor cum incerto auctore Vitae s. Meth. consentitur, afferre non ab re fore spero:

α) p. 12. sq. ed. l. „бꙗахоу же етера многа чадь, ꙗже гоужахоу словѣньскꙑꙗ книгꙑ, глаголюще: ꙗко не достоить никоторомоуже ꙗзꙑкоу имѣти боуковъ своихъ развѣ еврѣи и грькъ и латинъ, по пилатовоу писанию, ѥже на крьстѣ господьни написа = erant vero ibi multi quidam homines, qui litteras slovenicas improbarent, dicentes: nullum populum suas litteras habere decet praeter hebraeos et graecos et latinos, secundum Pilati titulum, quem in cruce domini inscripsit, [Luc. 23. 38. Ioann. 19. 19.]“, cf. Nestor c. 20. §. 4.

β) p. 14. sq. „да сꙗ испълнить книжьноѥ слово: ꙗко въсхвалꙗть господа вьси ꙗзꙑци. и дроугоиде: вьси възглаголють ꙗ-

зыкы различьнꙑ величьꙗ божиꙗ, ꙗкоже дасть имъ свꙗтꙑи доухъ отвѣщавати. аще же къто отъ събьранꙑихъ вамъ оучители чешющихъ слоухꙑ и отъ истинꙑ отвращающихъ на блꙗди начьнетъ дьрзноувъ инако развращати вꙑ, гадꙗ книгꙑ ꙗзꙑка вашего, да не боудетъ отълоученъ, нъ тъкъмо въ соудъ данъ цьркви, доньде сꙗ исправить. ти бо соуть вълъци, а не овьцѧ, ꙗже достоить отъ плодъ ихъ знати и хранити сꙗ ихъ. вꙑ же, чада възлюбленаꙗ, послоушлите оучениꙗ божиꙗ, и не отринѣте казаниꙗ цьркъвьнаго, да сꙗ обрꙗщете истиньнии поклонителе божии, отьцю нашемоу небесьномоу, съ вьсѣми свꙗтꙑими. аминь. приꙗть же и Коцьлъ съ великою чьстью, и пакꙑ посъла и къ апостоликоу и .к. моужь, чьстьнꙑ чади, да и емоу свꙗтить на епископьство въ Панонии на столъ свꙗтаго Аньдроника, апостола отъ .о., еже и бꙑсть = ut impleatur verbum scripturae: laudabunt dominum omnes gentes [cf. Psalm. 116. 1.]. et alio loco: omnes loquentur variis linguis magnalia dei [cf. Apost. 2. 4. 11.], prout iis spiritus sanctus dedit respondere. si vero quis e magistris ad vos confluentibus et aures vestras vexantibus et a veritate in errorem avertere vos parantibus ausus erit vos aliter docendo perdere, vituperans libros linguae vestrae, ne excommunicetur, sed tantum in iudicium detur ecclesiae, donec corrigatur. hi enim sunt lupi, non oves, quos e fructibus eorum oportet cognoscere et cavere. [Math. 7. 15. 16.]. vos vero, filii dilecti, audite praecepta divina, neve institutionem ecclessiasticam repudiate, ut veri cultores dei inveniamini, patris nostri coelestis, et omnium sanctorum. amen. excepit vero eum Kozel cum magno honore, et iterum eum ad apostolicum misit et XX viros, homines honorabiles, ut eum sibi ordinaret in episcopatum in Pannonia in sedem sancti Andronici, apostoli e LXX, quod etiam factum est“, cf. Nest. 20. §. 4. et 5.

γ) p. 20. sq. „по томь же отвьргъ вьсꙗ мълъвꙑ и печаль свою на бога възложь, прѣже же отъ оученикъ своихъ посажь дъва попꙑ скорописьцꙗ зѣло, прѣложи въ бързѣ вьсꙗ книгꙑ испълнь, развѣ макавѣи, отъ грьчьска ꙗзꙑка въ словѣньскъ шестию мѣсꙗць, начьнъ отъ марьта мѣсꙗца до дъвою десꙗтоу и шести дьнь октꙗбрꙗ мѣсꙗца. оконьчавъ же достоиноую хвалоу и славоу богоу въздасть, дающемоу таковоу благодать и поспѣхъ = postea vero omni sollicitudine abiecta et curis suis deo commendatis,

antea tamen e discipulis suis duobus presbyteris accersitis celerrime scribentibus, brevi tempore omnes libros vertit plene, praeter Maccabaeos, e lingua graeca in slovenicam, sex mensibus, incipiens a martio mense et continuans usque ad vigesimum sextum diem octobris mensis. finito vero opere dignas gratias reddidit deo, qui talem gratiam et profectum dat", cf. Nest. c. 20. §. 5.

II.

Alterum specimen e palatinae bibliothecae Vindobonensis codice russico, n. 88. signato ac „Цвѣтникъ = Florilegium" inscripto, excerptum recentioris est aevi ac tale, quod testetur, quas vices sermo noster vetustus impleverit.

Codex ipse chartaceus est, fol. 284, eiusdem formae, cuius est apographum posterius additum; recentior est et a pluribus manibus scriptus, ut chartae insertae demonstrant; folia perversa eaque temporum iniquitate graviter afflicta sunt; ceterum, si per praefectum bibl. palat. Vindob. licebit, utrumqne codicem et Hankensteinianum et Florilegium typis exprimendum curaturus sum.

Qui codicem n. 88. in usum bibliothecae palat. Vindob. disposuerat, partem nostram inscripsit „Nestoris Annales Russici"; neque inepte hoc fecit, eam enim e Nestore totidem fluxisse omnia clamant; non ita res se habet cum aliis excerptis, quae per nonnullos annos posteriores digesta sunt; epitomen Nestoris praebent haec: fol. 10ᵃ — 22ᵇ; fol. 64ᵇ — 70ᵇ; fol. 138ᵃ — 157ᵃ.

In apographo tituli „О прел." κ. τ. λ. litera O excepta cetera rubro colore scripta sunt; in speciminibus α) β) allatis vocabula decurtata abbreviandi signis liberavi; qua in re perficienda nisi in „ъ" et „ь" voculis in dubio sum, quia ad utramque designandam binis signis cod. n. 88. usus est; praeterea insunt in scribendi ratione aliae proprietates, quae ad palaeographiae artem adumbrandam non minoris momenti esse videntur.

Auctor „Florilegii" res foliis 196ᵃ — 198ᵃ enarratas in duas partes distribuit, quarum alteram inscripsit „о Меѳодїи и Константине = de Methodio et Constantino", alteram „О преложенїи книгъ з' греческа в' славенскии = de libris e graeco sermone in slavicum convertendis"; ceterum folium 196ᵃ et quae

deinceps sequuntur prioris numerandi rationis habent numeros „212—213—214“.

з) О Меѳо́дїи и́ Констѧнти́не.

(fol. 196. pag. recta) Въ лѣта .ѕѵ҃ѕ. (= 6406) и́доша Оугры мимо Кїевъ горо́ю, е҆́же сѧ и нынѣ зоветъ[1]) ꙋгорское. и҆ прошедше[2]) к҆ Днепрꙋ ста́ша ве́жми[3]), бѣша бо ходѧще ꙗко Половцы. и҆ прешедше отъ востока и҆ ꙋстреми́шасѧ чрезъ горы великиѧ, и҆же прозва́ша сѧ го́ры ꙋ́горскиѧ.[4]) и҆ поча́ша воева́ти на живꙋ́щиѧ тꙋ[5]); сѣдѧ́хꙋ бо тꙋ пре́жде Словѧне. и҆ Волохове переѧ́ша[6]) зе́млю словенскꙋю. по се́мьже Оугри прогна́ша Волохи и҆ наслѣди́ша зе́млю тꙋ[7]) и сѣдо́ша съ Словѣ́нми, подкори́вше ѧ҆ подъ сѧ; и҆ отъ то́ле прозва́сѧ землѧ̀ ꙋгорскаѧ и҆ нача́ша воевати Оугри на Гре́ки, и҆ полони́ша зе́млю фраческꙋ и македо́нскꙋ, даже и҆ до Селꙋ́нѧ; и҆ нача́ша воевати[8]) Мора́вꙋ и҆ на Че́хи; бѣ бо е҆ди́нъ ꙗзы́къ словенскъ. Словѧ́не же сѣдѧ́хꙋ по Дꙋна́ю, и҆хъже приѧ́ша Оугри, и Мора́ва и҆ Че́си, и҆ Лѧхове и Полѧ́не, ꙗ҆же и нынѣ зовемаѧ Рꙋсь; симь бо пе́рвое положе́ны книги Моравѣ, ꙗже и҆[10]) прозва́сѧ гра́мота слове́нскаѧ. (fol. 196 pag. versa) та́же гра́мота в҆ Рꙋси̑ и҆ в҆ Бо́лгарехъ дꙋна́йскихъ. Слове́номъ бо[11]) живꙋ́щимъ креще́нымъ. и кнѧземъ и҆хъ[12]), Ростисла́въ, Стополкъ и҆ Ко́чель[13]) посла́ша к҆ царю Михаилꙋ глаголюще: землѧ наша крещена и҆ нѣсть оу насъ ꙋ҆чителѧ, и҆жебы насъ ꙋчили и҆ казали и҆ протолкова́ли[14]) свѧтыѧ книги; не разꙋмѣемъ бо ни грече́скомꙋ[15]) ꙗ҆зыкꙋ, ни латы́нскомꙋ; о҆ни бо насъ и҆нако ꙋ҆чатъ. а҆ дрꙋзїи и҆нако; тѣмже не разꙋмѣемъ кни́жнаго ра́зꙋма[16]), ни си́лы и҆хъ; да по́шлете[17]) ны оу҆чи́телѧ, и҆же могꙋтъ ны сказа́ти книжниѧ словеса̀ и҆ разꙋмъ и҆хъ. Се́ слышавъ царь Миха́илъ созва̀ философы всѧ̀, и҆ сказа̀ имъ рѣчи всѧ̀ славенскихъ кнѧзь; и҆ рко́ша[18]) философы: е҆́сть мꙋжь в҆ Селꙋни, и҆менемъ Ле́въ и҆ сꙋть оу него сынове разꙋ́мнии ꙗзы́кꙋ слове́нскꙋ, и҆ хи́тра два сына оу него́ и҆ филосо́фа. и се слышавъ царь посла̀ по нѧ в҆ Селꙋнь к҆ Львови глаголѧ: пошли к҆ намь в҆ ско́рѣ сына своѧ Меѳо́диѧ и Константина. се́ слышавъ Ле́въ в҆ ско́рѣ

послà ꙗ҇. (fol. 197 p. r.) и҆ прїидо́ста к҆ цареви и҆ рече́ и҆мь царь[19]): се присла́сѧ[20]) к҆ мнѣ слове́нска землѧ̀ просѧ́щи у҆чи́телѧ себѣ̀, и҆жебы мо́глъ имъ и҆столкова́ти[21]) свѧтыѧ книги; сего́ко желаю́ть. и҆ оу҆моле́на быста царе́мъ и҆ посла́ша[22]) ꙗ҆ в҆ слове́нскꙋю зе́млю к҆ Ростисла́вꙋ, к҆ Свѧтополкꙋ, к҆ Колчо́ви. сима пришедшимь[23]), и҆ нача́ша составлѧ́ти пи́смена а҆збꙋковныѧ слове́нски, и҆ преложи́ста Апостолъ и҆ Еѵангелие. и҆ ра́ди бы́ста[24]) Слове́ни, ꙗко слы́шаша вели́чиѧ божиѧ свои́мъ ꙗзы́комъ. по се́мъ же преложи́ста Псалти́ръ, и҆ Окто́ихъ[25]) и҆ прочиѧ книги. Нѣцы́ же нача́ша хꙋ́лити слове́нскиѧ книги глаголюще, ꙗко не досто́итъ нѣкоторымꙋже ꙗзы́кꙋ и҆мѣти а҆збꙋковъ[26]) свои́хъ, развѣ Евре́и, и Гре́къ, и҆ Лати́ин[27]), по Пила́товꙋ писа́нию, е҆же на крестѣ господни написа̀. се́ же слы́шавъ папежь римскї, похꙋли тѣхъ, и҆же ро́пщꙋть на книги слове́нскиѧ ркꙋчи[28]): „да сѧ и҆спо́лнить кни́жное слово, ꙗко восхва́лѧть бг҃а вси̑ ѧзы́цы; и нидѣ[29]): вси̑ возглаголють ꙗзы́ки различными вели́чиѧ божиѧ, (fol. 197 p. v.) ꙗкоже да́сть и҆мь свѧты́ дꙋхъ отвѣщева́ти[30]), да а҆ще кто̀ хꙋ́лить словенскꙋю гра́мотꙋ[31]), да бꙋдꙋть отлꙋчени[32]) отъ церкве, до́ндеже и҆справитсѧ; тїи бо сꙋть во́лци, а҆ не о́вцы, ꙗже достоить отъ плодъ позна́ти ꙗ҆ и҆ храни́тисѧ и҆хъ[33]); вы́же ча́да божиѧ послꙋшайте оу҆чениѧ и҆ не отри́ните наказа́ниѧ церковнаго, ꙗкоже вы наказалъ Меѳо́дїи, оу҆чи́тель ва́шь". Константинъ же возврати́сѧ[34]) вспѧть и҆ иде оу҆чи́ти бо́лгарска[35]) ꙗзы́ка, а҆ Меѳодїи о҆ста̀ в҆ Мораве.

β) О преложе́нїи книгъ з' гре́ческа в' славе́нскии.

По се́мъже Ко́лечь кнѧзь поста́ви Меѳодиѧ е҆пископомъ в҆ Сиа́нїи[36]), на столѣ свѧтаго Андроника. еди́наго от .о҃. (= 70) оу҆ченика свѧта́го а҆постола Па́ѵла. Меѳодїи же посади̑ два̀ попа̀, борзопи́сца[37]) велми̑, и҆ преложи̑ всѧ̀ кни́ги и҆спо́лнь, отъ греческа ꙗзы́ка в҆ славенски̑ ꙗзы́къ .ѕ҃. ю (= 6) мѣсѧцъ, наче́нъ отъ ма́рта мѣсѧца до .к҃ѕ. (= 26)[38]) днѧ о҆ктѧврѧ мѣсѧца. о҆конча́въже достойнꙋю хвалꙋ и҆ славꙋ богꙋ возда́сть, даю-

щемȣ такȣ́ю благодать (fol. 198 p. r.) е̑пископȣ Меѳо́дию, настолникȣ Андро́никовȣ. тѣ́мъже слове́нскȣ ꙗзыкȣ оу҆читель бы́сть[37]) Андро́никъ а̑постолъ; в̑ Моравѣ[38]) бо доходи́лъ а̑постолъ Па́велъ и̑ оу҆чилъ тȣ; тȣ бо есть Илли́рикъ, е̑го́же доходилъ а̑постолъ Па́велъ; тȣ бо бѣша Слова́не пе́рвѣе; тѣ́мже словенскȣ ꙗзыкȣ оу҆читель е̑сть Па́велъ, отъ негоже ꙗзыка и̑ мы е̑смы Рȣсь; тѣ́мже и̑ на́мъ Рȣси оу҆читель е̑сть Павелъ а̑постолъ, по не́же оу҆чи́лъ е̑сть ꙗзы́къ слове́нскъ и̑ поста́ви[39]) е̑пископа и̑ намѣстника по себѣ Андроника слове́нскȣ ꙗзыкȣ. а̑ слове́нскъ ꙗзы́къ рȣский о̑динъ е̑сть; отъ Варя́гъ бо прозва́шася Рȣсь[40]), пе́рвое бѣша Слове́ни; а̑ще и̑ Поля́не зва́хȣся, но словенска рѣчь бѣ. Поля́не[41]) прозва́шася, занеже в̑ поля́х седяхȣ, ꙗзы́къ словенскъ бѣ и̑мъ е̑динъ.

γ) Quantum haec discrepant a textu editionis Mikl. et Biel., quibusdam persecuturus sum.

[1]) Mikl. Nest. c. 19. v. 24 sq. „иже ся зоветь нынѣ“; — [2]) Mikl. Nest. v. 25 et v. 26 „пришьдъше“; Biel. Nest. p. 568, v. 20 „пришедъ“, sed male hoc posterius; — [3]) MN v. 26 „вѣжами.. акы се Половьци“; — [4]) in Mikl. Nest. post „горы великыя“ v. 27 desunt vocabula „иже прозваша ся горы ȣгорския“; cf. cap. 18. v. 35; — [5]) omissa sunt in Floril. „Влахы и Словѣны“, quae textus Mikl. exhibet; — [6]) MN v. 29 „прияша“; Biel. v. 25 „Волъхве“, minus probabiliter; — [7]) deest acc. pron. „тȣ“ in Nest. Mikl. v. 30; — [8]) „на Моравоу“ v. 34 ap. Mikl. Nest. et Biel. v. 32; — [9]) MN v. 35 „Словѣни, иже сѣдяхоу“; — [10]) deest „и“ vocula in MN v. 38 et BN p. 569 v. 2; — [11]) deest „бо“ conj. in MN c. 20. p. 13. v. 3. et BN v. 7; — [12]) Mikl. ibdm. „князи ихъ“; at Biel. „и княземъ ихъ“, ut in Floril.; — [13]) MN v. 4 et B. „Коцелъ“; cf. MN v. 22 „Коцелови, in Flor. Колчови“ et p.14.v.5 „Коцелъ, in Flor. Колечь“;— [14]) MN v. 6 „иже вы ны наказалъ и поoучилъ насъ и протолковалъ“; ita etiam in BN.; — [15]) MN v. 7 et BN v. 13 sq. „ни греческоу языкоу ни литиньскоу“; — [16]) MN v. 9 et

BN v. 16 „книжьнаго образа“; — [17]) MN v. 13 „да послѣте, иже нꙑ могоутъ съказати“; cf. v. 16 „посли, Flor. пошли = mitte“ et BN v. 17 sq. „да послѣте нꙑ оучитела, иже нꙑ можеть съказати“; — [18]) MN v. 13 et BN v. 21 „и рѣша“; — [19]) MN v. 18 et BN v. 30 „и придоста къ цѣсареви, и рече има“ omisso „цѣсарь“ substantivo, pro quo Florilegii scriba semper „царь“, quod recentius est; — [20]) MN v. 19 et BN v. 30 „се прислала сѧ“; — [21]) MN v. 20 et BN v. 32 „протолковати“; — [22]) MN v. 21 „и посла ѧ“; BN v. 34 „и послашѧ ꙗ“; — [23]) MN v. 23 „сима же пришьдъшема начаша съставлѧти“; BN p. 570 „съставливати“; — [24]) MN v. 25 „и ради бꙑша“; BN v. 5 „Ради бꙑшѧ“; — [25]) MN v. 26 „охтоикъ“; BN v. 7 „октоихъ“; — [26]) MN v. 29 et BN v. 11 „боукъвъ“; — [27]) MN v. 30 et BN v. 12 „и Латинъ“; — [28]) MN. v. 32 „рекꙑ“; at BN v. 16 „река“, quod vitium typi esse suspicor; — [29]) MN v. 33 et BN v. 17 „дроугоѥ же“; — [30]) MN v. 35 „отвѣщавати“; BN v. 20 et Flor. „отвѣщевати“; — [31]) MN v. 36 „граматоу“, cf. etiam c. 3 v. 20 p. 3 et c. 19. p. 13 v. 1; BN ubivis „грамота“; — [32]) MN v. 37 „да боудеть отълоученъ.. доньде сѧ исправить“; BN cum scriba Florilegii consentitur; — [33]) cum haec persaepe commutata occurrunt tum illa trita „обьходитъ бо ꙗко львъ рекꙑ, ищѧ кого пожьретъ“; cf. Cyrilli Hierosol. Frgm. Chilandar. inserta Speciminibus Victoris Jagić, Petrop. 1882 p. 66, cf. ibdm p. 65 „мъноѕꙑ влъци обьходѧтъ въ одеждахъ овьчахъ, овьчѧ оубо одеждѧ имѫще, нъ не зѫбꙑ и ногъты“; — [34]) MN p. 14 v. 3 et BN v. 29 „възвративъ сѧ въспѧть иде оучитъ“, Fiorilegii scribae supinum obsoletum est visum; — [35]) MNv. 4 „болгарскаго“; — [36]) sic! „въ Спанїи“ pro iustissimo „въ Панонїи“; BN „но“ syllabam uncis inclusit „Па(но)нїи“; voculis igitur paulisper immutatis perspicuus est ingens error; — [37]) MN v. 8 „скорописьца“; at Biel. p. 571 v. 2 cum Florilegii scriptore consentitur; — [38]) BN v. 5 „до двоу десѧтоу и шестиѭ день“; — [39]) MN v. 14 et BN „оучитель ѥсть Анъдроникъ“; cf. paulo post Floril. „оучитель есть“; — [40]) MN v. 15 deest praep. „къ“; ceterum quamquam parvusculae tantum voculae in hoc enuntiato a scriba Flor. permutatae sunt, sensus alius prodiit; — [41]) MN v. 21 „и поставилъ ѥсть... а словѣньскъ ꙗзыкъ и роусьскꙑй ѥдинъ“ v. 23; — [42]) MN v. 24 „отъ

Варѧгъ бо прозваша сѧ Роусию"; — [43]) MN v. 25 „Полꙗми же прозкаша сꙗ, за неже въ поли сѣдꙗхоу, а ꙗзыкъ словѣньскꙑй имъ юдинъ"; BN v. 23 „одинъ". v. 27 „ꙗзыкъ словѣньскꙑй бѣ имъ юдинъ".

Nonne hisce et quae p. p. p. 6 sq. p. 8 sq. sunt exposita, lucullentissime demonstratum est Nestoris textum sive incuria sive inscitia scribarum ob criticam ad a. 1860 neglectam magnopere esse devastatum?

Itaque Florilegii excerpta ad eosdem quos editionem Augusti Bielowski codices deteriores referenda esse consentaneum est; id quod cum loci allati demonstrant, tum permulta alia vestigia declarare possunt, si ea uberius persequerer. A quo consilio ob eam potissimum causam revocor, ne mihi crimini detur minutias philologiae tractandae accommodatas a me trahi ad Slavorum rem litterariam enucleandam.

Utroque autem specimine et cod. 88. et locis e Vita s. Meth. cum Nestore comparatis propensior sum in hanc rem animadvertere, quo modo rerum nostrarum describendi ratio ab antiquissimis temporibus repetita saeculis posterioribus pervarias sortes inierit; modo per avia ac devia cum delaberetur, obtruncata ac decurtata posteritati tradita est; modo nivis instar sese provolvens ac permultas quisquilias secum corripiens ad montium fere insuperabilium altitudinem provecta ad nostra tempora pervenit.

Quibus ita comparatis historici recentiores omnes illas reliquias, quae temporum iniquitatibus restiterunt, non solum in „Monumentis Germaniae et in Monumentis Poloniae" in unum corpus colligere, verum etiam additamentis non necessariis eas liberare sibi proposuerunt.

Quae ad Polonorum annales pertinent, Dr. Thadaeus Wojciechowski in segregandis rebus ineptis viam rectissimam ingressus esse mihi videtur in „O Rocznikach polskich X—XV. w."; quae monographia An. Acad. Cracov. v. 4 sq. p. 144 ssqq. inserta mirum in modum quantum movit movetque animum meum; nam ea adiutrice etiam quaedam obscura momenta e rebus gestis maiorum nostrorum in clariorem lucem proferri possunt.

Reperiuntur praeterea cum apud Polonos tum apud nos permulta alia, quae nostris rebus gestis pervestigandis eximio adiumento esse possunt. Ne de remotioribus dicam, sodalium nostrorum amantissimorum Petri Skobelski et Cornelii Zakliński dissertationes silentio praeterire nefas est. Quorum prior quibus praefatus est programma scholae nostrae a. 1881 „Згадки о Руси въ жерелахъ нѣмецкихъ X. и XI столѣтя (= Quid in Germanorum fontibus saec. X. et XI. de Russia meridionali traditum sit") et singulare ingenii acumen praestitit et sese hisce rebus paratissimum aptissimumque esse demonstravit.

Atque Cornelius Zakliński sollertissimus erat; namque summam operam nostrae rei litteriae dedit, cum et annales recentiores digereret et res a nemine adhuc tractatas attingeret; sed morte praematura nobis abreptus magno damno patriam rem litterariam affecit. Itaque profecto laude, quae vitae eius alio huius libelli loco descriptae tribuitur, post mortem quoque dignus est.

Quam laudem sane non merebunt, qui, licet „novis scientiis (= neue Wissenschaften)" sese addictos esse existiment, „fabulis" edendis student.

Denique cum a Russis septentrionalibus, tum ab aliis populis auxilium quaerendum esse puto; ex his prae ceteris animum intendi in: α) Kohl, Introductio in historiam... Slavorum; — β) Scarin, De originibus gentis Varaegorum; — γ) Fallmerayer, Welchen Einfluss hatte die Besetzung Griechenlands durch die Slaven auf Athen u. Attika; — δ) Dümmler, Die älteste Geschichte der Slaven in Dalmatien; — ε) Rössler, Uiber den Zeitpuukt der slavischen Ansiedlung an der unteren Donau; — ζ) Constantinus Papargiropulus „Σλαϊκαὶ ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς χώραις ἐποικήσεις" inserta l. v. „Ἱστορικῶν πραγματείων".

Verumenimvero cum libris a me laudatis tum rebus in iis descriptis facilius est finem invenire, quam ad principia Slavorum regredi. Quam ob causam a veteribus Graecis ac Romanis firma praesidia certaque fundamenta denuo petenda sunt; haec forsitan nos certiores reddent non solum de Babyloniis ac Chaldaeis, non tantum de Amazonibus (cf. Sall. Hist. 3. p. 217. ed. Gerl. min., Verg. Aen. 1, 463; 10, 659; 11, 648; 11, 659; Ovid. Met. 15, 552; A. A. 2, 743; 3, 1; Plin. Hist. Nat. 6, 7, 19; 6. 13, 39) et Britannis (cf. Caes. B. G. 4, 21; 5, 4; Tac. Agr. c. 10. c. 21. c. 24. Hist. 1, 8 sq.; 2, 57 et saepissime apud alios scrip-

tores), deinde non solum de Geleis sive potius Gelonis (cf. Verg. Georg. 2, 115; 3, 461; Aen. 8, 725; Hor. Carm. 2, 9, 23; 2, 20, 19; 3, 4, 35; Plin. Hist. Nat. 4, 12) et Seribus (cf. Verg. Georg. 2, 121; Ov. Am. 1, 14, 6; Hor. Carm. 3, 29, 27; 4, 15, 23), immo vero etiam in compluribus aliis Nestoris gentibus eruendis nos adiuvabunt. Quae denique studia cum disciplina comparante Indoeuropaeorum linguas iterum atque iterum diligenter conferenda esse censeo.

Suntne primordia Slavorum in universum ac Russiae meridionalis in singulis tam incerta tamque dubia, quam origo Nili fluvii, quem Nestor (c. 1, §. 3, v. 14) Byzantinis scriptoribus confisus Gionam appellat?

Vindobonae Maio mense a. 1884.

Centralna Bibljoteka Nauczycielska O.S.K. w Krakowie

a) Palat. bibl. Vindob. cod russ. n. 37

РЕЧЕГЬСВОИМЪОУЧЕ
НИКОМЪ. ИЖЕХОЩЕ
ТЬПОМНѢИТИ. ДАО
ВЕРЖЕТЬСЯСЕБЕ. ИВЪ
ЗМЕТЬКРТЪСВОИИГРА
ДЕТЬПОМНѢ. ЯКОИ
ЖЕАЩЕБОХОЩЕТЬДШЮ
СВОЮСПСТИПОГОУБИ
ТЬЮ. ЯКОИЖЕПОГОУ
БИТЬДШЮСВОЮ: ЧТО
БОДАСТЬЧЛВКЪИЗМѢ
НОУНАДШИСВОЕИ. И
ЖЕБОАЩЕПОСТЫДИ
ТСЯМЕНЕИМОИХЪ
СЛОВЕСЪВРОДѢСЕМЬ
ЛЮБОДѢИНѢМЬ. ИГРѢ

якоже дасть имъ с҃тыи д҃хъ отвѣщевати
да аще кто хулить словенскую грамоту
да будеть отлученъ от црк҃ве дондеже исправится
тии бо суть волци а не овци яже достоить
от плода познати я и хранитися их. вы же
чада б҃жия послушаите учения и не отрините
наказания црк҃овнаго якоже вы наказалъ
мефодии учитель вашь. Констянтин же
возвратися вспять. и иде учити болгарска
языка. а мефодии оста в морове.

О преложении книгъ от греческа в словенский.

Посемъ же Колецъ князь постави мефодия
епископа в пании. на столе с҃таго андро
ника единаго о҃. о҃. ученика с҃таго ап҃ла павла
Мефодии же посади два попа борзописца
зело и преложи вся книги исполнь от греческа
языка в словенский языкъ .ѕ. ю м҃цъ
начень от марта м҃ца до .кѕ. дня октября
м҃ца. оконьчав же достоину хвалу и славу
б҃у отдасть дающему такову бл҃гть

Зри 68 лист

СПРАВОЗДАНЄ

ДИРЕКЦІѢ

ц. к. гимназіѣ академичнои у Львовѣ

за рôкъ шкôльный 1886/7.

Biblioteka ... Kraków

Содержанє:

I. Двѣ розправы науковѝ ц. к. проф. ґимн. Константина Лучаковского:

А) **Антôнъ Любичь Могильницкій**; его житє, его значѣнє; зъ портретомъ поета.

Б) **Nestoris Chronicon** cap. 21—25. in Romanorum sermonem conversa.

II. Часть урядова — Директора.

Накладомъ фонду наукового.

У ЛЬВОВѢ 1887.

Зъ друкарнѣ Товариства имени Шевченка

пôдъ зарядомъ К. Беднарского.

Змѣстъ части науковои.

Часть перша. *Антôнъ Любичь Могильницкій: его житє, его значѣнє.*

Передне слово . . . . стор. 7

Роздѣлъ перший. Біографія АЛМогильницкого: ст. 9—49.

§. 1. Рôдъ Могильницкихъ . . . . стор. 5
§. 2. Вѣкъ молодечій АЛМогильницкого . . . „ 13
§. 3. Перше выступленє АЛМ. . . . . . . „ 20
§. 4. Тухольщина и Тухольцѣ . . . . . . „ 24
§. 5. АЛМ. въ розцвѣтѣ своєи литературнои дѣяльности „ 31
§. 6. Политично-ораторска дѣяльнôсть АЛМ . . „ 40

Роздѣлъ другій: Письма АЛМ. въ перве друкованû: ст. 50—73.

§. 7. Коротенькій переглядъ дотеперѣшныхъ выданъ нашихъ писателѣвъ . . . . стор. 50
§. 8. Голосъ радости въ день именинъ єго препод. Гр. Яхимовича . . . . „ 51
§. 9. Ода: поетичне закôнченє Слова о повинностяхъ . „ 63
§. 10. Homilia do p. Bazylego . . . . . . „ 64
§. 11. Homilia do p. Dymitrego . . . . . . „ 66
§. 12. Оглядъ рукописей . . . . „ 70

Часть друга: *Переводъ лат. лѣт. Нестора, розд. 21—25. ст. 74.*

NESTORIS

Chronicon c. 21—25

in Romanorum sermonem conversa.

Caput 21. A. 6407; a. 6408; a. 6409; anno 6410. Ugri a Leone imperatore in Bolgaros conducti eorum fines ingressi ac depopulati sunt; de qua re cum Simeon certior fieret, Ugris obviam it eosque adortus est; sed ab eis victus Derstram vix effugit.

A. 6411. cum Igor adolevisset, Olegum comitatus ei sese oboedientem praebuit; deinde Igori uxor data est, e Pscovia adducta, Olga nomine.

2 A. 6412; a. 6413; a. 6414; a. 6415. Igore Kioviae relicto, Oleg magna cum multitudine Varaegorum, Tiudorum, Crivitiorum, Merorum, Polanorum, Severorum, Drevlanorum, Radimitiorum, Chorvatorum, Duliborum, Tivertiorum, de quibus supra mentio est facta quique omnes Scythia magna appellantur, in Graecos profectus est; hos omnes Oleg partim in equis, partim in navibus, quarum duo millia erant, secum duxit; ubi Constantinopolim advectus est, Graeci fretum urbemque clauserunt.

Atque Oleg in ripam egressus, naves quoque milites in ripam extrahere iussit; deinde circa urbem praedans magnam Graecorum caedem fecit; multa palatia diruta, multae ecclesiae incensae sunt; ex captivis alii trucidati, alii excruciati sunt; alii transfixi, alii in mare deiecti sunt ac multis aliis malis, quae homines proeliantes perficere solent, Russi Graecos afflixerunt; deinde Oleg milites rotas struere eisque naves imponere praecepit; atque vento secundo exorto velisque expansis e campo sub urbem successerunt.

3 Quibus cognitis Graeci perterriti ad Olegum legatos miserunt, ne urbem exscinderet, sese enim tributum, quale voluisset, pendere paratos esse dixerunt; itaque Oleg milites coërcuit; cum vero cibus vinumque ei allata essent, quia veneno infecta erant, sumere noluit; qua de causa Graeci perterriti illum non Olegum,

sed sanctum Demetrium esse rati, a deo in sese missum esse putaverunt. Oleg igitur tributum per duo millia navium viritim duodecim grivnas dandas postulavit; erant enim in unaquaque navi quadraginta homines; qua condicione accepta Graeci, ne eorum terram vastaret, pacem petiverunt.

4 Itaque Oleg ab urbe paullisper digressus, cum Leone et Alexandro, Graecorum imperatoribus, pacem facturus ad eos Carlum, Farlofum, Vermundum, Rulavum, Stemidum legatos misit; quibus tributum poscentibus, Graeci, quicquid voluissent, sese illi daturos esse affirmant. Oleg igitur duodecim grivnas per duo millia navium dare iussit; praeterea Russiae urbibus, imprimis Kioviae, Cernichoviae, Pereiaslaviae, Polockiae, Rostoviae, Lubecciae aliisque oppidis, in quibus principes, Olego oboedientes, regnabant, vectigalia pactus est: Russos, quotiescunque venissent, epulis legativis ad libitum usuros esse; si qui hospites venissent, per sex menses unoquoque mense cibum, vinum, carnem, pisces, fruges accepturos esse; etiam balnea eis ad libitum comparata iri; domum autem revertentes ab imperatore vestro cibum viaticum et ancoras, funes, vela aliaque, quibus necesse fuerit, accepturos esse.

5 His condicionibus a Graecis acceptis uterque imperator et proceres omnes responderunt: si Russi non mercandi causa venerint, vectigalia ista non accipient; princeps legatis suis, ex Russia huc venientibus, in agris terrae nostrae damna facere vetet; Russi venientes apud sanctum Mammam deversentur, donec imperator noster designaverit, qui eorum nomina conscribant; tum vero hospitibus cibi per menses tribuentur, primum eis, qui Kiovia, deinde qui Cernichovia, Pereiaslavia aliisque oppidis venissent; atque in urbem una eademque porta cum imperatoris legato quinquaginta viri inermes ingrediantur ac mercaturam perficiant aliaque, quibus opus erit; neque portorium ullum solvant.

6 Iam vero Leo et Alexander imperatores cum Olego pacem inierunt, in quam, sanctam crucem osculantes, iuraverunt, id quod etiam Russorum more Oleg cum militibus fecit, qui in arma sua et in Perunum, deum suum, et in Volosum, pecudis deum, iuraverunt; pace confirmata dixit Oleg: Russis consuite vela sericea, urticea Slovenis; quo facto victoriam ostentans scutum suum in porta infixit. — Constantinopoli relicta Russi vela

sericea, Sloveni urticea panderunt; quae cum ventus discerpsisset, Sloveni dixerunt: nostra lintea sumamus. — Slovenis enim non urticea vela data sunt.

Oleg cum auro et sericis et frumento et textis Kioviam est reversus; Olegum divinum appellaverunt, erant enim homines pagani et imperiti.

A. 6416; a. 6417; a. 6418; a. 6419. in occidente stella hastae forma apparuit.

Caput 22. A. 6420. Oleg legatis, quos pacis feriendae et condicionum inter Graecos et Russos constituendarum causa misit, praecepit perstare in pactionibs prioribus, cum Leone et Alexandro regibus factis.

Nos gente russica Carli, Inogeld, Farlof, Vermud, Rulav, Gudi, Ruald, Carn, Frelaf, Ruar, Actevu, Truan, Lidul, Fost, Stemid, ab Olego, Russorum principe, omnibusque proceribus nobilibus, qui ei parent, ad vos, Leonem et Alexandrum, deo propitio imperatores graecos potentissimos, missi sumus, ut amicitiam quae per multos annos inter Christianos et Russos exstitit, confirmemus atque corroboremus ex voluntate et praecepto nostrorum principum omniumque Russorum, qui summo principi dediti sunt; nam maiestas nostra magis quam alii, qui deo adiutore talem amicitiam sustinere ac corroborare volunt, amicitiam inter Christianos et Russos coortam plerumque veram esse iudicavimus et non solum verbis simplicibus, verum etiam litteris et firmo iureiurando in arma nostra legesque nostras eam promulgare confirmareque consti-
2 tuimus. — condicionum vero, quas deo religioneque nostra nixi inivimus, haec sunt capita: primum cum vobis Graecis foedus icimus, ut toto animo ac voluntate alter alterum amemus, neque ex voluntate nostra concedemus, ut quilibet summus princeps, cui praesumus, aliquod flagitium committat; immo vero curam dabimus, prout in viribus nostris est, ut vobiscum Graeci amicitia, toties indicata et conscripta et iure iurando confirmata, per cunctos reliquos annos immutabilis atque inviolata sit. vos quoque Graeci hanc amicitiam cum nostris serenissimis principibus et cum omnibus, qui supremo principi nostro parent, per
3 cunctos annos servate integram et constantem. — de improbitatis autem casibus ita constituamus, si certa improbitatis vestigia aderunt, ut certam de eis conscientiam habeamus: si cui fides non tribuetur, ea pars sese iureiurando obstringat, quae

fidem quaerit; sin vero secundum religionem suam iurabit, poenam scelere dignam inibit. si Russus Christianum vel Christianus Russum necabit, ubi necem confecerit, necator; si caedis patrator effugiet, si dives est, pars eius vel aliud quod eius est, ex lege affinis interfecti accipiat; qui interfectorem corripuerit, alteram tantam partem ex lege accipiat; sin vero caedis patrator pauper est et effugerit, causa tam diu obtineatur, donec reperiatur; tum vero morti succumbat; — si ferro percusserit vel aliquo alio instrumento verberaverit, pro his verberibus vel percussionibus quinas libras argenti ex russica lege solvat; sin vero pauper erit, qui hoc fecerit, det, quae possit, et vestimenta quibus utatur, exuat; praeterea iureiurando affirmet, neminem esse, qui eum adiuvare posset; tum vero causa in hac re haud exse-
4 quenda intermittatur. — si quid aut Russus apud Christianum aut Christianus apud Russum furatus fuerit, fur autem eodem tempore, quo furtum commiserit, ab eo qui damnum acceperit, captus fuerit, si in furto perficiendo iurgia inierit et interficiatur, mortem eius neque Christianus neque Russus persequatur, sed qui damno affectus sit, suum accipiat; si furatus in potestatem sese tradiderit, ab eo, apud quem furatus est, vinciatur idque, quod facere est ausus, in triplum reddat; — si qui aut Russus Christianam aut Christianus Russum vexandi causa temptarus sit et per vim aliquam rem domesticam manifesto surri-
5 piat, in triplum reddat. — si navis magno vento in terram peregrinam eiecta fuerit quibusdam Russorum nostrorum ibi praesentibus, et si qui navim oneri oneraturus eamque in Christianorum terram remissurus adveniet, per omnia loca horrenda, donec in locum tutum advenerit, eam traducere debemus; — si huiusce generis navis aut tempestate aut motibus terrestribus in patriam suam reverti non poterit, nos Russi nautis huiusce navis opem dantes eos salvos cum merce in patriam terram abducamus, si prope terram graecam accidat; sin [prope terram] russicam navi damnum accidat, ea in terram russicam abducta onus navis quod vendi possit vendatur, navim autem ipsam nos Russi eis extrahamus; in Graeciam autem sive mercandi causa sive legatorum munere ad imperatorem vestrum missi si veniemus, onus navis
6 eorum venumdatum cum dignitate reddamus. — si quilibet huiusce navis forte a nobis Russis aut occisus aut quicquam ablatum erit, qui hoc fecerint, poena, de qua supra est dictum, coarguantur;

— si ab utraque parte, aut a Russis aut a Graecis retenti captivi alioquin venumdabuntur, si aut Russus aut Graecus postulaverit, redimant ac persona redempta in suam terram revertatur; qui vero emerunt, emptionis pretium recuperent aut servi labor unius diei emptionis pretium erit; eadem ratione si qui a Graecis in bello captus fuerit, in patriam suam revertatur eiusque pretium,
7 sicuti antea dictum est, ex mercatura constituatur. — si in bellum proficisci necesse erit aut aliquam aliam expeditionem facere, nostri vero imperatorem vestrum honorari voluerint, quocunque tempore et quicunque eorum numerus ibi aderit, qui sua sponte apud imperatorem vestrum manere velint, maneant; quod ad Russorum captivos attinet, quotiescunque et quacunque terra si in Russiam adducti inter Christianos venumdati erunt, itemque Christianorum captivi, quotiescunque et e quacunque regione in Russiam venerint, viginti assibus venumdentur, etiamsi ad Graecos
8 venerint. — si servus russicus sive furto subductus fuerit, et Russis querentibus servus ipse testabitur, eum in Russiam recipiant; etiam si mercatoribus servus ablatus fuerit iique questi erunt, quaerant donec repertum recuperaverint; qui quaerentem perscrutari prohibuerit, morti succumbat; — si qui Russorum in Graecia apud Christianorum imperatorem serviens testamento non relicto mortuus erit, licet consanguineos non habuerit, res eius familiaris caris affinibus in Russiam revertatur; si testamentum reliquerit, is, qui eius heres institutus sit, per Russos mercantes aliaque varia negotia in Graecia obeuntes hereditatem recipiat; — si fur e Russia [in Graeciam] aufugerit, Russi vero ad Christianorum imperatorem querimoniam detulerint, capiatur et vel invitus in Russiam remittatur; — haec eadem omnia, ubicunque acciderint, Russi Graecis facere debent.

9 Ut igitur foedus, quod exstitit, inter vos Christianos et Russiam confirmetur neque immutetur, litteris, ab Ioanne in duabus chartis conscriptis, ab imperatore vestro et nostra manu signatis, publice honesta cruce et sancta trinitate unius veri dei vestri apertum facimus nostrisque legatis commendamus: nos vero imperatori vestro, dei gratia imperanti, ex legibus atque institutis populi nostri iureiurando sese obstrinximus, haec confirmata foederis et amicitiae capita neque nos ipsos rupturos neque permissuros esse, ut quisquam alius nostrum id faceret.

Has litteras a nobis regnantibus ad utrumque regem hoc

consilio constituendas, ut pax inter nos coorta confirmetur et corroboretur, dedimus II. septembris mensis, hebdomade XV. anni a mundo creato 6420.

Caput 23. Leo imperator Russorum legatos donis, auro et sericis et vestibus veneratus, viros suos addidit, qui eis pulchras ecclesias et aureas aedes cum divitiis ibi congestis, permultum aurum et serica et gemmas, ac passiones Christi, coronam et clavos et chlamyda purpuream et sanctorum relliquias ostendentes, eos in religione sua instituant veramque fidem aperiant; postea eos cum magnis honoribus in patriam remisit — Missi ab Olego legati ad Olegum reversi omnia cum utroque imperatore peracta rettulerunt, quomodo pacem fecerint condicionesque inter graecum ac russicum populum inierint atque iuraverint, ut neque Graeci neque Russi eas recusent; pace igitur cum omnibus finitimis populis inita vixit Oleg regnavitque Kioviae.

2 Autumno appropinquante equi recordatus est, cui pabulum dare praecepit, sed in quem nunquam ascendit; nam cum multo antea ex magis et incantoribus quaereret, unde moriturus esset, magorum quidam principi ab equo, summopere adamato maximeque usitato mortem allatam fore praedixit. quoniam haec res in mente altius haesit, Oleg in equum neque ascendere neque eum videre decrevit; itaque eum pasci quidem iussit, sed unquam sibi produci vetuit; ita plures annos fiebat, donec contra Graecos profectus sit; — sed cum Kioviam venisset ibique quattuor annos esset, quinto deinde anno equi recordatus, ex quo se moriturum esse magi praedixissent, advocatum stabuli magistrum rogavit, ubi equus esset, quem pasci et observari iussit; qui cum equum exanimatum esse responderet, Oleg incantoribus irridens ac convicians eos fallacia dicere, equum quidem exanimasse, sese autem vivere contendit; ossa eius visurus equum ascendit; cum in eum locum adveheretur, ubi nuda equi ossa et caput eius iacerent, equo descendit irridensque dixit: numne ab hoc capite mors mihi immineat? sed pede in caput illato serpens provolvens in pedem eius venenum incussit, quam ob causam morbo implicitus mortuus est.

Universus populus eum acriter deflebat; iustis factis sepultus est in monte, qui Ščetovitia appellatur; hic exstat tumulus ad nostras dies diciturque Olegi tumulus.

Regnavit per triginta tres annos.

Caput 24. Mirum autem est, quod ex magorum vaticiniis incantatio oriatur, ut accidit Dometiano imperante. — magus quidam, Apollonius*) nomine, Tianensis, migrationibus celeber, per oppida et pagos diabolica miracula protulit; Roma Byzantiam profectus ab incolis exoratus haec perfecit, ut permultos serpentes ac scorpiones urbe expelleret, ideoque homines ab iis nihil pertimescerent; equos efrenatos, cum nobiles convenissent,
2 compescuit. — Antochiam quoque cum venisset, Antiochienses, qui scorpionibus et culicibus vexabantur, precibus eum oborti sunt; itaque scorpionem aheneum in terram condidit et insuper parvam columnam marmoream posuit; deinde homines arundinibus exornatos iisque concutientes urbem permigrare et „sine culicibus urbs“ clamare iussit; ita culices ac scorpiones urbe evanuerunt; — iterum de terrae motibus, urbem sollicitantibus, interrogatus, ingemiscens tabellam hisce conscripsit: Vae tibi, urbs miserrima, severe enim concutieris ignique occupaberis; deflebit te Orontes, qui ad ripam est.
3 De eo magnus quoque Anastasius ex urbe divina Apollonii miracula usque ad hodiernum diem in nonnullis

---

*) De Apollonio et Manethone Georgius Hamartolus haec tradidit.

Καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεὺς ἐγνωρίζετο περὶ πόλεων καὶ πανταχοῦ ποιῶν εἰς τὰς πόλεις καὶ χώρας δαιμονικὰ ἀποτελέσματα. ἀπὸ Ῥώμης δὲ ἐλθὼν πρὸς τὸ Βυζάντιον καὶ παρακληθεὶς ὑπὸ τῶν ἐντοπίων ἐποίησε ταῦτα φυγαδεύσας τὸ πλῆθος τῶν ὄφεων καὶ σκορπίων ἐκ τῆς πόλεως, ὥστε μὴ ἀδικεῖσθαι ὑπ᾽ αὐτῶν τοὺς ἀνθρώπους. καὶ τῶν ἵππων τὴν ἀταξίαν χαλινώσας ἐν ταῖς συνελεύσεσι τῶν ἀρχόντων. ὡσαύτως δὲ καὶ εἰς Ἀντιόχειαν παραγενόμενος καὶ δυσωπηθεὶς ταῦτα ἐποίησε· τυραννούμενοι γὰρ οἱ Ἀντιοχεῖς ὑπὸ τῶν σκορπίων καὶ τῶν κωνώπων, ποιήσας χαλκοῦν σκορπίον καὶ χώσας αὐτὸν ἐν τῇ γῇ καὶ μικρὸν στήσας κίονα ἐπάνω, προσέταξε καλάμους βαστάζειν τὸν λαὸν καὶ περιερχομένους ἐν τῇ πόλει κράζειν. τοὺς καλάμους ἐπισείοντας· ἀκώνωπα τῇ πόλει, καὶ οὕτως ἐξηφανίσθησαν ἐκ τῆς πόλεως οἵ τε σκορπίοι καὶ οἱ κώνωπες. αἰτηθεὶς δὲ καὶ περὶ τῶν ἐπικειμένων αὐτῇ σεισμῶν στενάξας ἔγραψεν ἐν διπτύχῳ ταῦτα· οὐαί σοι, τάλαινα πόλις, ὅτι σεισμοῖς πολλοῖς καὶ πυρσοῖς κατενεχθείης, κλαύσεται δέ σε καὶ ὁ παρ᾽ αἰγιαλοῖς Ὀρέντης. περὶ οὗ μέντοι καὶ ὁ μέγας Ἀναστάσιος Θεουπόλεως φησι· Ἀπολλωνίου δὲ μέχρι νῦν ἔν τισι τόποις ἐνεργοῦσι τὰ ἀποτελέσματα ἱστάμενα, τὰ

locis exstare et valere narrat; aliis enim quadrupedes et aves, hominibus nocentes, avertantur, aliis fluviorum impetus, vehementer illabentes, continentur ceteraeque res, quae sunt hominibus perniciei et damno; sed non solum eo vivente haec atque ista illo adiuvante diaboli deludebant, verum etiam post mortem iuxta tumulum commorantes eiusdem auspiciis exsequebantur prodigia, quibus fallerent homines miseros, in huiusce modi res diabolicas propensiores. — quid enim dicet aliquis de rebus magicis a Manethone confectis, qui superior erat in fallendo homines hisce incantantionibus atque Apollonio invidens eidem haud quaquam peritiam philosophiae inesse aiebat; nam necesse erat eum vocabulis, sicuti ego perficio quae volo, minime autem exercitationibus exsequi, quae praeciperet; haec enim omnia ex permissione dei diabolo intercedente ad temptandam orthodoxam religionem nostram fiunt, numne firma sit et fortiter in deo perseveret ac non trahatur ab inimicis fallacium miraculorum et diabolicorum facinorum causa, qnae a servis et ministris eiusdem malitiae conficiantur. — praeterea alii divino nomine vaticinati sunt, ut Valaam et Saul et Caiafa; diabolos expulerunt etiam

---

μὲν εἰς ἀποτροπὴν ζώων τετραπόδων καὶ πετεινῶν βλάπτειν δυναμένων ἀνθρώπους, τὰ δὲ εἰς ἐποχὴν ῥευμάτων ποταμῶν ἀτάκτως φερομένων, καὶ ἄλλα εἰς ἕτερά τινα ἐπὶ φθορᾷ καὶ βλάβῃ ἀνθρώπων ὑπάρχοντα ἀποτρόπαια ἵστανται. καὶ γοῦν οὐ μόνον ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ ταῦτα καὶ τοιαῦτα εἰργάσαντο οἱ δαίμονες δι' αὐτοῦ, ἀλλά γε καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ παραμένοντες τῷ μνήματι αὐτοῦ, σημεῖά τινα ἐπετέλεσαν ἐξ ὀνόματος αὐτοῦ πρὸς ἀπάτην τῶν ἐλεεινῶν ἀνθρώπων, τῶν ῥαδίως ὑποκλεπτομένων εἰς τὰ τοιαῦτα ὑπὸ τοῦ διαβόλου. — τί ἂν τις εἴποι περὶ τῶν κατὰ Μανέθωνα μαγικῶν ἔργων; ὃς τοιοῦτος ἄκρως γέγονε τῇ μαγικῇ ἀπάτῃ, ὅτι ἀεὶ ἔσκωπτε προδήλως τὸν Ἀπολλώνιον, ὡς μὴ ἀκριβῆ τὴν κατ' αὐτοὺς φιλοσοφικὴν ἐμπειρίαν ἐσχηκότα, ἔδει γὰρ αὐτόν, φησίν, ὥσπερ ἐγὼ, λόγῳ μόνον ποιεῖν, ἅπερ ἐβούλετο, καὶ μὴ ἀποτελέσμασιν ἐπιτρέπειν τὰ παρ' αὐτοῦ πραττόμενα. ταῦτα δὲ πάντα συγχωρήσει τοῦ θεοῦ καὶ ἐνεργείᾳ τῶν δαιμόνων γίνονται πρὸς τὸ διὰ τῶν τοιούτων πραγμάτων δοκιμάζεσθαι τὴν ἡμετέραν ὀρθόδοξον πίστιν, εἰ ἑδραία ἐστὶ καὶ παγία προσμένουσα τῷ κυρίῳ, καὶ μὴ ὑποσυρομένη ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ διὰ τῶν φαντασιωδῶν τεράτων καὶ σατανικῶν ἔργων, τῶν πραττομένων ὑπὸ τῶν δούλων καὶ ὑπηρετῶν κακίας. οὐ μὴν δὴ, ἀλλὰ καὶ τὸ ὄνομα κυρίου προεφήτευσάν τινες, ὡς Βαλαὰμ καὶ Σαοὺλ καὶ Καϊάφας, καὶ δαιμόνια πάλιν

Iuda et Scevi filii, nam gratia etiam per indignos saepe viget, ut aliis demonstretur; Valaam enim etsi utriusque rei, cum vitae eximiae tum fidei, alienus erat, nihilosetius gratia eum adiuvabat, qua aliis caveret. Faraon talis erat, sed ei quoque res futurae praedictae sunt; etiam Nabuchodonozor legum contemptor erat, verumtamen ei praedicta sunt, quae post multa genera eventura erant; unde patet permultos, quibus mens contraria inest, Christo abutentes alia arte miracula perficere, ut homines, boni ignaros, fallerent; talis erat Simeon magus et Menander aliique; horum causa recte dictum est: ne decipiamini miraculis.

Caput 25. Anno 6421. post Olegum Igor regnare coepit; eodem tempore coepit regnare Constantinus, Leonis filius, Romani gener; Olego mortuo Drevlani contra Igorem coorti sunt.

A. 6422. Igor in Drevlanos profectus eisque victis tributum maius quam Oleg imposuit; eodem anno Simeon bolgaricus sub Constinopolim successit; sed pace facta domum reversus est.

A. 6423. Pecenigi russicam terram primum invaserunt; pace cum Igore facta secundum Danubium progrediebantur. eodem tempore Simeon venit Thraciam occupaturus; Graeci autem Pecenigos conducebant; qui cum advenirent et Simeonem adorirentur, Graecorum duces litigabant; cum Pecenigi intellegerent litem inter eos oxortam esse, domum redierunt; Bolgari cum Graecis congressi sunt et Graecos vicerunt; Simeon accepit oppidum, quod dicitur Ondrian quodque antiquitus erat Orestis, Agamemnonis filii, qui antiquissimis temporibus in tribus fluviis lotus morbo se expedivit; quam ob causam ibi oppidum suo nomine appella-

---

ἐξέβαλον, ὡς Ἰούδας καὶ υἱοὶ Σκευᾶ. οὐκοῦν καὶ εἰς ἀναξίους ἡ χάρις ἐνεργεῖ πολλάκις, ἵνα ἑτέρους εὐεργετήσῃ, καὶ γὰρ Βαλαὰμ ἀμφοτέρων ἀλλότριος ἦν, βίου ἀρίστου καὶ πίστεως, ἀλλ' ὅμως ἐνήργησεν εἰς αὐτὸν ἡ χάρις διὰ τὴν ἑτέρων οἰκονομίαν. καὶ Φαραὼ τοιοῦτος ἦν, ἀλλὰ κἀκείνῳ τὰ μέλλοντα προέδειξε. καὶ ὁ Ναβουχοδονόσορ παρανομώτερος, ἀλλά γε καὶ τούτῳ πάλιν τὰ μετὰ πολλὰς ὕστερον ἐσόμενα γενεὰς ἀπεκάλυψεν, ὅθεν δῆλον, ὅτι πολλοὶ καὶ τῶν ἐναντίων ἐχόντων φρόνημα ἐπὶ τῷ προσχήματι τοῦ Χριστοῦ τεράστια ποιοῦσιν ἑτέρᾳ τέχνῃ τινὶ πρὸς ἀπάτην ἀνθρώπων ἀπειροκάλων, οἷος ἐγένετο Σίμων ὁ μάγος καὶ Μένανδρος, μετ' ἐκεῖνον καὶ ἄλλοι τοιοῦτοι, δι' οὓς εἰκότως ἔφη· μὴ θαύμασιν ἀπατᾶσθαι προσήκει μήτε μὴν ἐπαγγελία δαψιλεῖ, δοκιμάζειν δὲ τῶν λεγομένων τὴν ἀλήθειαν.

vit; postea Adrianus imperator renovavit suoque nomine Adrianensem dixit, nos vero Adrianopolim appellamus.

A. 6424; a. 6425; a. 6426; a 6427; a 6428. Romanus Graecorum imperator est creatus; Igor autem cum Pecenigis bellum gessit. A. 6429; a. 6430; a. 6431; a. 6432; a. 6433; a 6434; a. 6435; a. 6436; a. 6437. a. 6438. Simeon imperator Constantinopolim aggressus est, Thraciaque et Macedonia capta, magno cum exercitu superbiens Constantinopolim venit; pace cum Romano imperatore facta domum reversus est.

Conversio latina Chronicon Nestoris cap. 1--20., programmati nostrae scholae inserta prodiit a 1884; eam vir doctissimus ABrueckner, Berolinensis, in „Archiv f. slav. Philol." p. 583. a. 1885. recensuit; maximas igitur quantas possumus viro honestissimo, qui nos meliora docere haud intermisit, gratias mittimus; non enim nos honore affecti sumus, sed Chronica, quae quanta dignitate in diem magis magisque crescant, paginae priores operis supra allati luculentissime declarant. sed quo altius in Annalibus Nestoris convertendis progredimur, eo maiores difficultates nobis obvenire videntur. verumenimvero rebus ad historiam pertinentibus pleraque studia tribuuntur, at sermoni pauca; quae passim dissipata hinc illinc conquirenda sunt; ne de remotioribus dicam, quae proxima sunt loco ex „Arch. f. sl. Ph." a nobis allato, „извѣстити et извѣщение — βεβαιοῦν et βεβαίωσις" ac „толковины" mirum quanta cum animi sagacitate ex immo Annalium sermone prolata exstent? — quod vero paucissima tantum huiusce generis oblectamenta prodeant, vehementer dolendum est omnibus, qui Nestoris Annalibus student; nam maximum summumque momentum in Annalium sermone positum esse, utraque recensio a nobis commonefacta acutissime demonstrat; imprimis sinceritas sermonis huiuscemodi est, ut eandem Romanorum linguae accomodare vixdum aliquis reperietur, qui his condicionibus satisfecerit. — quam ob causam si munus ingressi sumus, cui vires nostrae recusare videntur, auxilium virorum doctorum nobis haud defuturum esse sperantes conversionem a nobis inceptam paullatim edendam curabimus, namque nos in duas partes distractos et haec trahunt et ista alliciunt.

Constantinus Łuczakowski.

СПРАВОЗДАНЄ

ДИРЕКТОРА

ц. к. ґимназіѣ академичнои у Львовѣ

за рôкъ шкôльный 1888.

Centralna Biblioteka Nauczycielska O. S. K. w Krakowie

Содержанє:

I. Часть наукова — Константина Лучаковского.
Nestoris Chronicon capp. 26 — 40. init. in Romanorum sermonem conversa.
II. Часть урядова — Директора.

Накладомъ фонду наукового.

У ЛЬВОВѢ, 1888.
Зъ друкарнѣ Товариства имени Шевченка
пôдъ зарядомъ К. Беднарского.

Латиньскій переводъ
ЛѢТОПИСИ НЕСТОРА.

Розд. 26—40.

Пôсля выданя Микльошица.

Capp. 1 — 40. Chronicon Nestoris hae res gestae describuntur: I.) Cap. 1.: Auctoribus byzantinis universi mundi omniumque populorum divisio post diluviem; — II.) c. 2.: turri babylonensi descripta Slavorum mentio fit; — III.) c. 3.: Slavorum gentes enumerantur, Russiae fines ac Polanorum sedes stabiliuntur; — IV.) c. 4. et 5.: itinere ex Russia Romam indicato in Danaprim animus advertitur, qua occasione S. Andreas, quae hisce in regionibus viderat, Romae narrat; imprimis balneae animum eius moverunt; — V.) c. 6.: complectitur Kioviae mentionem, deinde narrationem de tribus fratribus eorumque sorore; — VI.) c. 7.: omnes Slavorum gentes, Russiam habitantes, enumerantur; — VII.) c. 8. et 9.: Bolgari, Ugri, Obri Slavos adorti sedium permutandarum causam effecerunt; — VIII.) c. 10. et 11.: ad Slavorum mores describendos Georgius Hamartolus auxilio vocatur; — IX.) c. 12.: Polani Chozaros devictos subigunt; — X.) c. 13. et 14.: digressionem chronologicam Bolgarorum et Varaegorum mentio excipit; — XI.) c. 15., 16. et 17.: Ascold et Dir, Kiovia potiti, ab Olego profligantur; — XII.) c. 18. et 19.: Oleg Kioviam recuperat Ugrosque fugat; — XIII.) c. 20.: Cyrillus et Methodius; — XIV.) c. 21.: Igoris expeditio contra Graecos; primum foedus a. 911. ictum; — XV.) c. 22. continet condiciones alterius foederis a. 912.; — XVI.) c. 23. et 24.: Olegi morte descripta Georgio Hamartolo auctore de Apollonio Tyaneo et de Manethone narratur; — XVII.) c. 25. — 28.: Igoris res gestae praedicantur; tertium foedus cum Graecis a. 943.; — XVIII.) c. 29. — 34.: Olgae, Suiatoslai matris, res gestae et mors a. 969.; — XIX.) c. 35. et 36.: Suiatoslai cum Graecis foedera a. 970. et a. 971. icta; Suiatoslaus a Curia, Pecenigorum duce, interficitur a. 972.; — XX.) c. 37. — 40.: dissensiones contentionesque inter Jaropolcum, Olegum, Vladimirum; Bolgari, Judaei, Germani, Graeci, suam religionem accipiendam commendantes, legatos ad Vladimirum mittunt.

NESTORIS

Chronicon capp. 26—40. init.

in Romanorum sermonem conversa.

Caput 26. Anno 6438; a. 6439; a 6440; a. 6441; a. 6442. Ugri primum Constantinopolim adorti ac totam Thraciam praedati sunt; Romanus igitur pacem cum Ugris fecit *).

Anno 6443; a. 6444; a. 6445; a. 6446; a. 6447; a 6448;
a. 6449. Igor in Graecos profectus est; Bolgari vero imperatorem,
Russos cum decem millibus navium contra Constantinopolim pro-
ficisci, certiorem fecerunt; cum advenissent mareque traiecissent,
fines Bithyniae et Pontum usque ad Heracleam et Paphlagoniam
devastaverunt, atque universam Nicomediam depopulati totum Bos-
porum incenderunt; captivorum alios obtruncaverunt, in alios obli-
que positos iaculantes eos perfregerunt, aliorum manibus religatis
in media eorum capita clavos ferreos infixerunt; multas deinde
ecclesias sanctas igni tradiderunt, monasteria ac vicos combus-
2 serunt et haud paucas opes ex utroque litore ceperunt. — paullo
post copiae ex Oriente advenerunt; in eorum numero Pamphilus,
cantor primarius, cum quadraginta millibus hominum, Phocas pa-
tricius cum Macedonibus, Theodorus dux cum Thracibus et cum iis
alii viri amplissimi; tum Russi circumventi sunt. consilio inito Russi
armis indutis in Graecos impetum fecerunt; proelio deinde vehe-
mentissimo utrimque exorto, Graeci vixdum eos superaverunt;
Russi igitur ad vesperum ad socios reversi noctu naves ascende-
runt et fugam ceperunt; sed Theophanus in chelandiis cum igne
Russis obvius fit atque in eorum rates tubis ignem proiecit; proinde
3 res visu mirabiles ortae sunt. — itaque Russi igni conspecto in mare

---

*) Hi versus ad cap. 25. edit. Miklos. pertinent; propter loci paucitatem huc tracti sunt. — Capp. 1—20. in Romanorum sermonem conversa prodierunt a. 1884. in progr. gymnasii nostri, capp. 21—25. ibidem a. 1887.

sese proiecerunt tranatandi causa eoque modo reliqui in patriam reversi sunt; iam vero in patriam reversi, unusquisque de igni in chelandiis exorto suis narrantes, ignes fulgurum coelestium instar, Graecos apud sese habere dixerunt: „eum in nos proiciebant et adurebant, quam ob causam eos vincere non potuimus“. Igor reversus milites congregare coepit, Varaegos transmarinos advocavit, in Graecos conduxit, quia iterum contra eos profecturus erat.

Anno 6450. Simeon in Chorvatos profectus est; sed a Chorvatis devictis mortuus est, relicto filio Petro, qui Bolgaris imperaret.

Eodem anno Suiatoslaus, Igoris filius, natus est.

Caput 27. Anno 6451. Ugri iterum Constantinopolim agressi sunt, sed pace cum Romano facta in patriam reverterunt.

Anno 6452 Igor multis militibus collectis ex Varaegis, Russis et Polanis, Slovenis, Crivicis et Tivercis, conductis Pecenigis, a quibus obsides cepit, ulciscendi causa cum ratibus et equis contra Graecos profectus est; quod cum Chersonenses comperissent, ad Romanum legatum miserunt, qui Russos cum innumerabilibus navibus, quibus mare cooperirentur, ire nuntiarent; etiam Bolgari nuntios miserunt, qui Russos cum conductis Pece-
2 nigis advenire dicerent. — quibus auditis imperator ad Igorem praestantissimos nobiles misit, precans et dicens: „noli advenire, sed accipe vectigal, quod Oleg habuit, cuique vectigali insuper aliquod additurus sum“; etiam ad Pecenigos legatos cum vestibus et multo auro misit. Igor igitur ad Danubium progressus socios in consilium convocavit eisque imperatoris propositum aperuit; propterea Igoris socii dixerunt: „quippe cum imperator haec dicat, quid est quod amplius cupiamus? manum haud conserentes habebimus aurum et argentum et sericum? quis est qui sciat, utrum nos an illi victuri sint? quis enim cum mari condiciones iniit? minime enim terram permigramus, sed profundum mare, communem omnibus mortem“. Igor eis paruit, ac Pecenigos Bolgarorum terram vastare iussit; ipse vero a Graecis auro vestibusque per milites captis reditum in patriam ingressus Kioviam reversus est.

3 Anno 6453. Romanus et Constantinus et Stephanus ad Igorem prioris pacis renovandae causa legatos miserunt; quibuscum Igor de pace collocutus proceres suos ad Romanum misit; itaque

Romanus convocatis nobilibus ac magistratibus Russorum legatos introduxit; atque utrius partis condiciones in chartis conscribuntur, sicuti in priore consilio conscripto.

4 *Imperantibus Romano et Constantino et Stephano, imperatoribus Christum amantibus:*

„Nos Russorum gentis legati et mercatores: Ivor, legatus Igoris, summi Russorum principis, et legati ordinarii: Buiefast, Suiatoslai, Igoris filii; Iscusev, Olgae principis; Sludi Igoris, Igoris filii; Ulb, Vladislai; Canimar, Predislai; Schichbern, Sfandae, Ulibi uxoris; Prastin, Turdi; Lib, Arphasti; Grim, Sfirci; Prastin Acuni, filii Igoris filii; Car, Studecii; Carschev, Turdi; Egri, Eulisci; Voist, Voici; Istr, Amundi; Prastin, Berni; Iastiag, Gunari; Schibrid, Aldani; Col, Cleci; Stengi, Etoni; Sfirca..., Alvad, Gudi; Frudi, Truadi; Mutur, Ustini; mercatores: Adun, Adulb, Ingvald, Olib, Frutan, Gomol, Cuci, Emig, Turbid, Furostin, Bruni, Roald, Gunaster, Fractin, Igeld, Turbern, Mon, Ruald, Suin, Stir, Aldan, Tirei, Aspubran, Cusliv, Sin, Corobic, — missi sumus ab Igore, summo Russorum principe, et ab omnibus principibus minoribus omnibusque Russiae hominibus: ab iis iussi sumus renovare antiquam pacem, quae a multis annis durat, detrudere diabolum, qui bono invidet et inimicitiae studet, et confirmare amorem inter Graecos et Russiam. itaque Igor, summus noster princeps et eius proceres omnesque Russiae homines ad Romanum et Constantinum et Stephanum, summos Graecorum imperatores, nos miserunt, ut cum ipsis imperatoribus, cum omnibus nobilibus et cum omnibus Graecis hominibus in aeterna tempora, quam diu sol lucebit et mundus perstabit, amicitiam ineamus:

5 Si qui a parte Russorum quicunque baptisati sunt, hanc amicitiam eversurus sit, a Deo omnipotente puniatur et condemnetur in hac vita et in futura; quicunque non sunt baptisati, Peruni dei auxilio priventur, ne se possint defendere scutis suis, caedantur gladiis suis, telis aliisque armis et fiant servi per totum aevum futurum; — summus autem Russorum princeps eiusque proceres in Graeciam ad magnos Graecorum imperatores naves, quot volunt, mittant cum legatis et mercatoribus, ut constitutum est; — legati sigilla aurea, mercatores argentea adferebant, nunc vero princeps vester litteras ad imperatores nostros mittendas esse persuasum habeat; quicunque legati et hospites ab iis missi erunt, litteras adferant; in eis quot naves missae sint, indicetur; ex iis nos

quoque cognoscemus eos cum pace venire; — sin vero sine litteris venerint, nobis tradantur, retineantur et custodiantur, donec principi vestro nuntiaverimus; — si in manus pervenire noluerint seque defenderint, occidantur mortemque eorum princeps vester haudquaquam ulciscatur; — si in Russiam perfugae venerint, nos ad principem vestrum scribemus et sicuti eis placuerit, ita faciant; — si Russi non mercandi consilio venerint, stipendium constitutum non accipient; princeps legatos suos aliosque Russos huc venientes res inhonestas per vicos et terram nostram committere vetet; — si venerint, ad sanctum Mamam habitent et tum demum, cum iussu imperatoris nostri nomina eorum conscripta fuerint, stipendium accipiant: legati legationis, mercatores mensis stipendium, primum qui a Kiovia urbe venerunt, tum Cernigovienses, Pereiaslavienses; — in urbem una tantum porta intrent cum imperatoris homine, inermes viri quinquaginta, mercaturam quam lubet perficiant, deinde exeant; vir imperatoris nostri eos custodiat; — si qui Russorum aut Graecorum iniuriam commiserit, eam reficiat; — Russus urbem ingressus tantum quinquaginta nummis aureis serici emendi facultatem habeat; sericum emptum ostendat imperatoris viro, quod signo obductum ei reddatur; — Russi inde redeuntes, a nobis accipiant quod necesse erit, commeatum viaticum et quod navibus necesse erit, veluti antea constitutum est, atque salvi in patriam suam revertantur; apud sanctum Mamam hiemandi copia eis redimatur; — si servus aufugerit a Russis, qui in imperium nostrum venerint et si ad sanctum Mamam pertinebit, comprehendatur; si inventus non erit, Russi Christiani secundum suam fidem iuranto et pagani ex suo ritu; deinde accipiant a nobis mercedem suam veluti antea constitutum est, duo serica pro servo; — si servus cuiusdam hominis imperatoris nostri sive ex hac urbe sive ex alio oppido ad vos aufugiet et secum aliquod afferet, et eum et quod secum apportaverit, integrum reddendum esse, sumptis pro eo duobus nummis aureis; — si qui Russorum aliquod a homine imperii nostri sumere ausus fuerit, qui id fecerit, vehementi supplicio afficietur; pro re sumpta dupplex pretium solvat; si Graecus Russo idem fecerit, eodem quo iste supplicio afficiatur; — si forte Russus a Graeco aut Graecus a Russo aliquid furatus erit, necesse est, non solum rem ipsam, sed etiam pretium eius reddat; si furtum iam venditum recuperabitur, dupplex

eiusdem pretium redditor, fur vero secundum legem Graecorum et ex instituto legeque Russorum punitor; — quot imperii nostri Christianos Russi captos adduxerint, si iuvenis aut adolescentula matura erit, decem aureis nummis datis eos recipient; si sunt inferioris aetatis, octo aureis nummis datis eos recipient; pro sene aut infante quinque aureos nummos sumant; — si Russorum captivi apud Graecos aderunt servientes, Russi eos decem aureis nummis redimere poterunt; si vero Graecus eos emerit, iure iurando pretium suum, quantum pro isto solverit, ei recuperare licebit; — Chersonesi finium, quotcunque oppida ab hac parte exstant, princeps Russicus nullam potestatem habeat, neque in his regionibus bellum gerere audeat, haec enim terra ditionis vestrae non erit; tum demum Russico principi, cum milites a nobis postulaverit ac nos ei quantum necesse erit, daturi simus, illic bellum gerere licebit; — si qui Russus navem Graecam in quocunque loco tempestate eiectam invenerit, laedere eam nequeat; si qui ex ea aliquid sumpserit, sive hominem ceperit aut necaverit, ex Russorum et Graecorum lege puniatur; — si Russi in Danapris ostio Chersonensibus piscantibus obviam fiant, ne iis ullam iniuriam faciant neve Russi ullam hiemandi facultatem habeant vel in Danapris ostio albo, quod dicitur Bilobereg, vel apud sanctum Etherium, sed autumno appropinquante Russi domum revertuntor; — nunc vero de hac re agamus, si Bolgari Nigri advenerint et Chersonensibus bellum intulerint: tum principem Russicum iubeamus prohibere, quominus hae regiones iniuria afficiantur; — si evenerit damnum aliquod a Graecis, qui sunt sub potestate imperatoris nostri, vobis puniendi facultas adimitor, sed puniëtur iussu imperatoris nostri, prout delictum commiserit; — si Christianus Russum aut Russus Christianum necaverit, qui necem confecerit, a propinquo interfecti capiatur et necetur; si interemptor fuga salutem quaesiverit, si dives est, divitias eius affines interfecti sumant; si vero interemptor, qui fugam ceperit, inops est, eum quaerant, donec invenient; si invenietur, interficitor; — si Russus Graecum aut Graecus Russum sive gladio sive hasta sive alio quodam telo percusserit, huius delicti causa quinque argenti libras ex Russica lege solvito; si inops est, quantum potest reddat, atque vestes quoque, quibus utitur, ex eo demantur, reliquum vero iure iurando religionis suae confirmet sese nihil habere et tum demum liberatum fore; — si imperatores nostri

contra inimicos nostros postulabunt milites, nos scribemus litteras ad principem vestrum, et nobis mittet, quantum postulabimus; ex hac proinde quoque re aliae nationes perspicient, quanto amore Graeci cum Russis iuncti sint.

7 Atque has condiciones omnes in duabus chartis conscripsimus; harum altera, in qua crucis sigillum nostraque nomina posita sunt', apud imperatorem nostrum servatur; in altera sunt conscripta nomina legatorum et hospitum vestrorum; qui cum legato imperatorum nostrorum abeunt, eum ad Igorem principem Russicum eiusque viros ducant; hi in chartam acceptam iurabunt, sese accuratissime conservaturos esse ea, quae nos decrevimus et in hac charta conscripsimus, in qua nomina nostra sunt scripta — nos vero qui baptisati sumus, in ecclesia cathedrali iuravimus in capellam sancti Eliae et in sanctam crucem et in hanc chartam. omnia, quae in ea conscripta sunt, servata fore neque quidquam
8 neglectum iri; — si qui ex nostra parte sive princeps sive alius quidam, sive baptisatus sive non baptisatus, aliquid neglexerit, auxilio Dei privetur ac serviat per totam hanc vitam et aeternam armisque suis percutiatur. Russi deinceps non baptisati ponant scuta et gladios destrictos, armillas et reliqua arma atque iuranto, omnia, quae in hac charta conscripta extent, et ab Igore et ab omnibus nobilibus et ab omnibus hominibus terrae Russicae per totam hanc vitam et alteram servate fore. si vero quidam sive principum sive hominum Russiae, sive Christianus sive paganus, quae in hac charta conscripta sunt, neglexerit, eum ipsius armis necari oportet, idem et a deo et a Peruno puniatur, quippe qui iusiurandum laeserit; — si Igor, summus princeps, probus erit, ista conservabit; quam diu sol illucescet et universus mundus perstabit, honesta amicitia in hac aetate et in futura ne dissolvitor."

9 Missi ab Igore legati cum Graecorum legatis ad Igorem reversi, ei omnia rettulerunt, quae Romanus imperator dixerat. Igor vero Graecorum legatos advocavit eosque omnia, quae imperator praeceperat, dicere iussit; legati igitur imperatoris ita locuti sunt: *imperator noster qui nos misit, paci studet et conservare vult pacem et amicitiam cum Russorum principe; legati tui imperatores nostros iure iurando obstrinxerunt; itaque nos missi sumus, ut a te virisque tuis iusiurandum accipiamus;* quae Igor sese facturum esse pollicitus est.

Postero die Igor legatis arcessitis, tumulum ubi stabat Pe-

runi statua, ascendit, atque armis et scutis et aureis vasibus positis, Igor eiusque viri Russici, qui erant pagani, iuraverunt; Russos vero Christianos ad iusiurandum duxerunt in ecclesiam sancti Eliae, quae erat sita ad rivum, ubi in extrema eius parte privignus habitabat et Chosari; haec ecclesia erat cathedralis, iamvero multi Varaegi erant Christiani.

Itaque pace cum Graecis confirmata Igor legatos abeuntes pellibus, servis, cera donatos dimisit; legati ad imperatorem reversi omnia quae Igor dixerat quantaque sit amicitia eius erga Graecos, narraverunt.

Caput 28. Igor cum Kioviae regnare coepisset, cum omnibus finitimis pacem egit; autumno appropinquante in Drevlanos animum advertit, quia ampliora vectigalia eis imponere voluit.

Annus 6453. hoc anno Igoris socii dixerunt: *Suinaldi socii armis et vestibus sese exornaverunt, nos vero nudi sumus*; *velis igitur princeps nobiscum egredi; et tu et nos praedam reportabimus*; quibus Igor oboediens in Drevos vectigalium maiorum, quam quae erant priora, exigendorum causa profectus est; et ipse et socii eius Drevlanis vim intulerunt; vectigalibus acceptis in patriam redire decrevit; sed cum reverteretur, secum deliberans sociis suis dixit: *domum cum vectigalibus pergite, ego vero redibo et maiora exercebo;* maiore militum parte dimissa, ipse etsi maiores opes concupiverit cum paucis tantum sociis reversus est. — simulac Drevlani eum redire certiores facti sunt, Malo principe suo in consilium arcessito dixerunt: *lupus inter oves venire assuetus singillatim totam gregem exportabit, donec occisus erit; hic idem facit; nisi eum interficiamus, nos omnes pessumdaturus est*; itaque legatos ad eum miserunt, dicentes: „quare reversus es? omne enim vectigal solutum habes;" quia Igor haud obtemperavit, Drevlani Iscorosten oppido egressi Igorem sociosque eius, quorum paucus aderat numerus, necaverunt; deinde Igor sepultus est ac tumulus eius in Drevorum oppido Iscorosten adhuc exstat.

Caput 29. Olga cum Suiatoslao filio infante Kioviae habitabat; Olgae aderant et Asmud, qui Suiatoslaum educavit, et Suinald eques, Mestichi pater. Drevlani secum ita deliberaverunt: *quoniam principem Russorum necavimus, Olgam, uxorem eius, Malo, principi nostro, nubere cogamus: cum Suiatoslao autem quidquid nobis placebit faciemus.* — itaque Drevlani viros nobiliores viginti ad Olgam cum navibus miserunt; hi ad Borytschev

adnavigaverunt; tunc enim flumina subter montes Kiovienses flu-
xerunt; incolae non in vallibus habitabant, sed in montibus; urbs
Kiovia ibi stabat, ubi nunc est villa Gordatini et Nicephori; aedes
principis erant in urbe, ubi nunc est villa Vratislai et Ciudi;
extra urbem erant saltus; in media urbe alterae erant aedes, ubi
est villa primi cantoris post ecclesiam sanctae virginis; in monte erat
3 turris et arx, lapidibus extructa; — cum Olgae Drevlanos venisse
nuntiaretur, Olga eos ad se hisce arcessivit: *salvos vos boni ho-*
spites esse iubeo; Drevlani dixerunt: *venimus regina*; cum Olga
ex eis quaereret, cuius rei causa venissent, Drevlani responde-
runt: *gens Drevica nos mittens haec dixit: coniugem tuum inter-*
fecimus, coniux enim tuus lupi instar erat rapax et praedator;
at nostri principes boni sunt terramque Drevicam locupletave-
runt; velis igitur nubere Malo principi — principi enim Drevico
Mal erat nomen — Olga iis respondit: *grata mihi est oratio vestra,*
coniugem meum a mortuis nequaquam exsuscitabo; at vos coram ho-
minibus meis cras honorare volo; hodie igitur scaphas vestras
ascendite, in scapha exsultantes requiescite; si cras vos invitabo,
ita dicite: neque equis vehimur, neque pedibus iter facimus, sed
in scapha nos portate; et in scapha vos portabunt; tum ad sca-
4 pham eos dimisit; — interim Olga iussit effodi magnam et pro-
fundam foveam iu aula arcis, quae extra oppidum sita erat; po-
stero die Olga in arce sedens ad hospites misit legatos, qui eos
his dictis arcesserent: *Olga vos ad magnos honores invitat.* hi
responderunt: *neque equis neque vehiculis vehimnr, neque pedi-*
bus iter facimus, portate nos in scapha. Kiovienses dixerunt:
parendum est nobis; princeps enim noster interfectus est, regina
vero nostra principi vestro nubere vult; proinde eos in scapha por-
tabant; in cuius concavo flexu sedentes magnopere superbiebant;
at in aulam allati cum scapha in foveam deiecti sunt. Olga sese
inclinans dixit: *numne bonus est hic honor?* isti responderunt:
peior Igoris morte; tum vivos terra obrui iussum est; et obruti
5 sunt. — postea Olga ad Drevlanos legatos misit, qui dicerent:
si honeste me oratis, viros nobiles mittite, ut summo honore af-
fecta principi vestro nubam, aliter Kiovienses me abire non pa-
tientur; quibus auditis Drevlani viros nobilissimos, qui Drevicae
terrae praeerant, elegerunt eosque ad Olgam miserunt; cum Dre-
vlani venissent, Olga balnaeas praeparari iussit et haec dixit: *bal-*
naeis usi ad me venite. Drevlani intraverunt tentorium calefactum

seque laverunt; tentorio autem concluso portisque incensis om-
nes combusti sunt. quae iterum ad Drevlanos legatos mittens
haec dixit: *iamvero ad vos proficiscor, praeparate igitur vinum
mulsum in oppido, ubi coniugem meum interfecistis, ut eo iuxta
tumulum deplorato epulas funebres in honorem coniugis mei insti-
tuam.* quibus auditis isti magnam multitudinem vini mulsi con-
6 gesserunt et decoxerunt. — deinde Olga, paucis comitibus sumptis
lento itinere ad tumulum veniebat ac coniugem deplorabat; tum
viros suos altum tumulum congerere iussit; quo facto epulas fu-
nebres instituit; cum Drevlani bibendi causa consederent, Olga
servos suos eis ministrare iussit. tum Drevlani Olgam interroga-
verunt: *ubi sunt socii nostri, quos ad te miseramus?* haec respon-
dit: *cum comitibus coniugis mei me sequuntur.* postquam Dre-
vlani ebrii facti sunt, ipsa e conspectu discessit et servis sociis-
que suis Drevlanos agredi et caedere praecepit; quinque eorum
milia caesa sunt. tum demum Olga Kioviam reversa in reliquos
exercitum armavit.

Caput 30. Anno 6454. Olga cum Suiatoslao filio multos for-
tes viros collegit et Drevicam terram agressa est; ac Drevlani
obviam ierunt; utroque exercitu in aciem constituto Suiatoslaus
hastam in Drevlanos misit; sed hasta praeter equi aures vo-
lans equi pedem ferivit, infans enim erat; tum Suinald et As-
mud dixerunt: *princeps iam fecit initium, vos socii principis
exemplum sequimini*; deinceps Drevlani victi terga dederunt seque
2 in suis oppidis incluserunt. — quoniam Iscorostenses Olgae coniu-
gem interfecerunt, Olga cum filio ad Iscorosten contendit atque
ad oppidum progreditur; sed Drevlani in oppido inclusi fortiter
sese defendebant, persuasum enim habebant, a se principem in-
terfectum esse; cur igitur sese dederent? idcirco Olga aestatem
perduravit; sed cum urbem capere non posset, haec excogita-
vit: misit in urbem qui dicerent: *quid sedendo impetrare vul-
tis? iam vero omnia vestra oppida se mihi tradiderunt et vecti-
galia solverunt; nihilominus agros suos colunt et agriculturae stu-
dent; vos vero, cum vectigalia solvere nolitis, fame emori vultis?*
Drevlani responderunt: *libenter vectigalia solvemus, sed tu coniu-
gem tuum ulcisci vis.* Olga iis dixit: *iam vero iniurias coniugis
mei ulta sum, cum Kioviam misissetis secundum et tertium, cum
in honorem coniugis mei epulas funebres instituerem; iam am-
plius non sum ultura, et parvo vectigali sumpto et pace vobis-*

3 *cum facta revertar*; — Drevlani dixerunt: *quid a nobis petis? libenter damus mella et pelles*; haec respondit: *nunc et mella et pelles vobis desunt, propterea paucissima a vobis peto: ex area uniuscuiusque domus trinas columbas et trinos passeres mihi dabitis, nolo enim gravia vectigalia imponere, veluti coniux meus; hanc ob causam pauca a vobis peto, in obsessione enim inopes facti estis*; [*idcirco pauca a vobis peto*]. Drevlani gaudio affecti ex unaquaque area trinas columbas et trinos passeres collegerunt atque Olgae supplices miserunt. Olga eis respondit: *hisce iam mihi meoque infanti subacti estis, pergite in oppidum; cras ego quoque ab oppido discedam in patriamque urbem redibo.*

4 Drevlani gaudio affecti in oppidum reversi incolis ea narrabant; propterea etiam oppidani gavisi sunt. deinde Olga inter alios milites columbis, inter alios passeribus distributis filo spongias arboreas cum parvis pannis adnectendas curavit; tenebris obortis Olga militibus columbas et passeres emittere praecepit; tum columbae et passeres in nidos suos, columbae in columbaria, passeres sub tecta straminea advolaverunt; itaque omnia incendiis oborta sunt, hic columbaria, illic caveae, hic tentoria, illic stabula; neque ulla erat villa incendio non cooperta, neque ignis extinguendi copia erat, nam omnes villae ignibus exardescebant; propterea omnes incolae ex oppido fugerunt; eos Olga militibus suis capere praecepit; hoc modo urbem cepit eamque combussit; cepit quoque cives maiores natu, ceteros alios necavit, alios militibus suis in servitutem dedit, reliquos vectigal pendere iussit; vectigal autem gravissimum imposuerat; duae partes vectigalis Kioviam, tertia Olgae in oppidum Vischegrad mittebantur; oppidum enim Vischegrad erat Olgae; postea Olga terram Drevicam cum filio et sociis permigrans iura legesque instituit, id quod ostendunt eius villae et venatoria.

5 Postremum Kioviam cum Suiatoslao filio reversa hic una aestate peracta anno 6455. Olga in Novograd profecta est, atque in Mesti regionibus vectigalia, tributa et stipendia in Luga constituit; inde venatoria eius, signa, oppida, tentoria ubicunque exstant, etiam hospitalia eius usque ad hunc diem in Pscov, secundum Danaprim et Desnam inveniuntur, remansit etiam adhuc vicus Olgae nominis quibus perfectis Kioviam ad filium reversa est eumque amore amplectens vivebat.

Caput 31. Anno 6456; a. 6457; a. 6458; a. 6459; a. 6460; a. 6461; a. 6462; a. 6463; Olga in Graeciam profecta Constantinopolim venit. tum imperabat imperator Cimesci apellatus; postquam Olga ad eum venit, quia formosa et prudens imperatori visa est, hic prudentiam eius in colloquio cognitam admirans dixit ei: *digna es, quae nobiscum in hac urbe imperes*; quibus auditis Olga imperatori respondit: *ego sum pagana, si me baptisare vis, baptisa me ipse, secus non baptisabor.* itaque imperator
2 cum patriarcha eam baptisavit; — tum vero baptisata animo et corpore gavisa est; patriarcha eam docuit religionem et dixit: *benedicta es inter feminas russicas, quia lucem adamasti, tenebras repudiasti; Russorum homines te ac pronepotes tuos benedicent per omnia saecula*; postea instituit eam in institutis ecclesiasticis, precatione et ieiunio, misericordia et integritate corporis; ea autem capite demisso veluti spongia aquam irrigans stabat; atque in doctrinam animum intendens supplex patriarchae dixit: *precibus tuis domine a retibus inimicis utinam custodiar.* nomen ei in baptismo Helenae datum est, veluti imperatricis prioris, matris Constantini magni. benedicta a patriarcha abiit. baptismo confecto imperator eam ad se arcessivit ac dixit: *te in matrimonium ducere propositum habeo*: illa respondit „quomodo me ducas uxorem, qui me ipse baptisavisti filiamque appellavisti? apud Christanos hoc vetitum esse tibi notum est;“ imperator locutus est: *decepisti me, Olga*; deinde multis donis, auro et argento, vestibus et vasibus variis donatam domum dimisit filiamque suam
3 appellavit; — sed quoniam Olga magno desiderio patriae capta erat, ad patriarcham venit ac prosperitatem patriae exorans dixit: *homines mei filiusque meus pagani sunt; utinam me deus ab omni calamitate custodiat*; patriarcha respondit: „pia infans, Christo baptisata et Christo induta es, Christus te servabit, veluti antiquitus servavit Enochum, postea Noam in arca, Abraamum ab Abimelecho, Lotum a Sodomiensibus, Moysen a Pharaone, Davidem a Saulo, tres infantes in fernace, Danielem a bestiis, eodem modo etiam te a diabolo eiusque illecebris conservabit;“ itaque a patriarcho benedicta, fausta ac felix in patriam suam rediit Kioviamque reversa est.

4 Hoc ita factum est; similiter Salamonis temporibus ad Salamonem Ethiopum regina venit, quae Salamonis sapientiam cognosceret; cognovitque variam sapientiam et miracula varia; sic etiam

pia Olga veram sapientiam divinam quaesivit, illa autem sapientiam
humanam, (haec divinam); qui sapientiam quaerunt, eam inveniunt;
sapientia enim in compitis celebratur, in viis vocem attollit, in
locis publicis praedicatur, in urbium portis audacter loquitur; quam
diu honesti veritatem sequuntur, pudore non afficientur. ita etiam
pia Olga ab infantia quaesivit sapientiam, quae omnibus rebus
huius mundi praestantior est; denique invenit Christum, mar-
garitam pretiosissimam; dixit enim Salamo: „piorum desideria
animam oblectantur,“ *et*: „*cor tuum menti accomoda*;“ qui me amant
a me amantur, et qui me quaerunt, me invenient; dominus dixit:
5 „qui ad me venient, eos non profligabo;“ — cum Olga Kioviam redis-
set, Graecorum imperator legatos ad eam misit, qui dicerent:
*multis donis te donavi; tu quoque Russiam reversa, multa dona,
servos, ceram, pelles, praeterea milites auxilio te mihi missuram
esse pollicita eras.* tum Olga legatis respondens *si apud me* in-
quit, *in Potschajev tam diu steteris, quam diu ego in Bospori
freto stabam, ego quoque te donavero;* haec locuta legatos dimisit

6 Deinde Olga cum Suiatoslao filio vitam degens instituit eum ad baptisandum; sed is hanc doctrinam ne auribus quidem percipere voluit; et si quis baptisari voluit, licet eum non impediverit, tamen ludibrio habebat, nam paganis Christianorum religio derisui est; intellectu enim privati et decepti in tenebris grassantur, neque laudem domini cognoscunt, nam corda eorum crassa facta sunt, itaque et auribus audire et oculis perspicere difficile est; etenim Salomo ait: „facta improborum a mente longe absunt; vos vocavi, non paruistis mihi; dicta mea ad vos direxi, ad ea non advertistis; consilia mea repudiastis, institutiones meas despexistis. quippe cum sapientia invisa et timoris divini ratio minime sit habita, consilia mea spreta et institutiones meae neglectae sint.“

7 Hunc in modum Olga quoque saepe locuta est: „mi fili, quoniam deum cognovi, magnopere laetor, etiam tu gaudio afficieris, si eum cognoveris;“ sed iste haec despiciens dixit: „quomodo ego solus externam religionem asciscere possum? comites mei huic rei irridebunt;“ at ista respondit: „si baptisabere, omnes idem facturi sunt;“ nihilosecius matri paruit, immo vero paganorum cultum prosecutus est, quippe cui ignotum fuerit, eum qui matri non paruisset, calamitatibus afflictum fore; dictum enim est: „qui patri aut matri non oboedierit, morti succumbet.“ praeterea matri irascebatur; enimvero Salamo dixit: „qui malos

admonet, contumelias sibi asciscet; qui improbum reprehendit, se ipsum incusat; improbos enim vituperare molestissimum est; nolis malos vituperare, ne te ipsum oderint." — nihilominus Olga filium Suiatoslaum amabat eumque saepe allocuta est: „dei voluntas fiat; si deus erga domum meam gentemque Russicam misericordiam habere vult, corda eorum imbuat, ut ad deum se convertant, veluti me deus donavit." haec dicens pro filio et pro hominibus suis per omnes noctes diesque precabatur, donec filium ad pubertatem et maturam aetatem excoluerit.

Caput 32. Anno 6464; a. 6465; a. 6466; a. 6467; a. 6468; a. 6469; a. 6470; a. 6471; a. 6472. cum Suiatoslaus princeps adolevisset et corroboravisset, multos fortes milites collegit. ipse leviter sese ferebat veluti pardus ac multa fortia bella gerebat; neque currum neque lebetem secum portare solebat, neque carnem coquebat, sed vel carne equina vel ferina vel bubula tenere dissecata et succensis ignibus adusta vescebatur; neque tentoria habebat, sed capite in sella equestri nixo, stragulis prostratis dormiebat; tales erant etiam omnes eius milites. — ad finitimos misit speculatores dicens: „vos aggredi propositum habeo;" itaque profectus ad Ocam fluvium et Volgam Viaticis bellum intulit eosque interrogavit, cui vectigal solverent; Viatici sese Cosaris unum nummum argenti ab aratro pendere responderunt.

2 Anno 6473. Suiatoslaus in Cosaros profectus est; quod Cosari simulac comperuerunt cum principe suo, qui Chan appellatur, obviam ierunt manumque conseruerunt; sed proelio exorto Suiatoslaus vicit Cosaros eorumque oppidum Biłoveżu (Albam Turrim) cepit; deinde Jasis et Cassogis victis Kioviam reversus est.

Anno 6474. Suiatoslaus Viaticis victis tributum imposuit.

Anno 6475. Suiatoslaus ad Danubium contra Bolgaros profectus est; proelio utrimque exorto Suiatoslaus Bolgaros vicit atque octoginta oppidis ad Danubium sitis potitus ibi in Perejaslavec consedit regnavitque, etiam a Graecis tributum exercens.

Caput 33. Anno 6476. Pecenigi primum Russiam adorti sunt, dum Suiatoslaus in Pereiaslavec oppido moratur; idcirco Olga in Kiovia urbe cum nepotibus Jaropolco, Olego, Vladimiro inclusam se tenebat. hostes magna vi atque innumerabili multitudine urbem obsidebant; ex urbe nullo modo neque egredi quisquam neque nuntius emitti poterat; atque oppidani fame et siti vexabantur;

etiamsi homines ex altera Danapris parte in navibus aderant, in
ripa stabant, nam neque cuiquam eorum Kioviam intrare neque
2 ex urbe in ripam sese proripere licuit; — ob eam causam op-
didani vehementi maerore afflicti dixerunt: „nonne inveniatur
aliquis, qui in alteram ripam transire audeat iisque diceret nisi
postero die auxilium tulissent, Pecenigis sese dedi necesse fore.“
postquam iuvenis quidam sese transiturum esse affirmavit, eum
transire iusserunt. urbe cum habena egressus inter Pecenigos
saliens, numne aliquis equum vidisset, eos interrogavit, erat
enim linguae Pecenigicae peritus, quam ob causam Pecenigus ha-
bebatur; simulac fluvium attigit, vestibus deiectis in Danaprim
insiluit vadoque eum transiit. quod cum Pecenigi conspexissent,
eum appetentes iaculis obruebant; sed labor eorum frustratus est;
illi vero ex altera ripa simulac eum conspexerunt, navibus ob-
viam navigarunt eumque exceptum ad socios advexerunt; tum
perfuga ita locutus est: *nisi cras sub moenia successeritis, oppi-
dani Pecenigis sese dederint.* ad haec dux eorum Pritec: „cras in
navibus subvecti reginam iuvenemque principem comprehen-
demus atque in hanc partem auferemus; nisi haec fecerimus,
3 Suiatoslaus nos pessumdabit.“ — hoc idem mane posterioris diei
factum est, namque surgente luce inter vehementissimum tuba-
rum cantum naves ingressi sunt; etiam oppidani magnum clamo-
rem sustulerunt; Pecenigi autem principem ipsum advenisse rati
passim ab urbe dispersi sunt; tum demum Olga cum nepotibus
et oppidanis ad naves pervenit. simulac Pecenigorum dux haec
animadvertit, ad voievodam Pritec conversus ex eo quaesivit,
quisnam advenisset; hic homines ex altera ripa advenisse affir-
mavit. tum dux Pecenigicus eum interrogavit nonne princeps
esset; hic respondit: „ego sum vir eius meque cum custodibus
eiusdem progressum ipse princeps cum innumerabilibus copiis
sequitur;“ haec minandi causa locutus est; Pecenigorum dux
Priticum invitavit, ut amicus suus fiat; qui quum praesto se
ostendisset, manibus portentis Pecenigorum dux Priticum equo,
gladio, sagittis honoravit, hic vero eum armis, scuto, gladio do-
navit. Pecenigi deinceps urbe digressi sunt, quia equos potare in
4 Libedi non poterant. — quo facto Kiovienses ad Suiatoslaum le-
gatos miserunt dicentes: „tu princeps alienas terras quaeris et
custodis, suam priopriam deseruisti; haud aberat, quin Pecenigi
nos, matrem liberosque tuos cepissent; nisi reverteris nosque

defenderis, certo nos capient. nonne patriae, matris, quae iam provectae aetatis est, liberorum tuorum te poeniteat.“ — quibus auditis Suiatoslaus celerrime equos cum comitibus ascendit Kioviamque reversus matrem, liberos osculis obruit, cum de iniuriis a Pecenigis illatis quererentur; propterea milites congregavit, Pecenigos profligavit ac quietem restituit.

Caput 34. Anno 6477. Suiatoslaus matrem proceresque ita allocutus est: *molestum mihi est Kioviae morari, volo habitare in Perciaslavec oppido ad Danubium, hoc enim medium imperrii mei efficit; huc confluunt permultae opes; a Graecis aurum et serica, varia genera vini et frugum, a Bohemis, ab Ugris argentum et equi, a Russis pelles et cera, mel et servi;* ad haec Olga respondit: *vides me aegrotam esse, ubi vis a me abire* — iam vero gravi morbo implicita erat; — deinceps haec dixit: *me sepulta abi, ubi velis;* tribus diebus post Olga mortua est; atque filius, nepotes omnesque homines eam deplorabant ac deflebant; deinde in publico sepulta est et iusta ei facta sunt. quoniam Olga epulas funebres, quae dicuntur trizna, institui vetuerat, unus presbiter, quem habebat, beatam Olgam sepelivit.

2 Haec erat praecursor Christianorum genti, veluti aurora solis et primus lucis radius aurorae praecursor est; ut luna noctu lucet, ita illa inter homines paganos sicuti gemma inter sordes micat; peccati enim sordibus obruti erant sanctoque baptismo non purgati; at illa lavacro sacro lota peccati vestem veteris hominis Adami exuit induitque Adamum novum, qui est Jesus Christus; nos vero eam, quae prima terrae russicae Dei cognitionem eiusque gratiam attulerat, salvam esse iubeamus; illa Russorum prima in coelum abiit; illam russicus populus laudibus effert, quia prima post mortem Deum pro Russia precatur, beatorum enim animae morti haudquaquam succumbunt, veluti Salamo dixit: „homines laetantur laudibus beati, eius memoria immortalis est, nam et a Deo et ab hominibus agnoscitur;“ atque universus populus eam laudibus effert, cum videat corpus eiusdem incorruptum, licet multos annos mortuum iaceat; praedixit enim propheta: „qui me gloriantur, hos ego quoque gloriabor;“ de eisdem etiam David ita vaticinatus est: „viri honesti memoria aeterna erit, is improborum dicta haud pertimescebit, cor eius paratum est Domino niti, cor eius firmum evadit neque pertubatur;“ similiter Salamo docuit: „proborum vita aeterna est; ii a

Domino mercedem accipient atque ab Omnipotenti exornabuntur, quam ob causam regnum pulchritudinis et coronam honestatis e manibus Domini nanciscentur, qui dextera sua eos obteget et bracchiis defendet;“ similiter defendit hanc beatam Olgam ab inimico et adversario diabolo.

Caput 35. Anno 6478. Suiatoslaus Jaropolcum Kioviae, Olegum Drevis collocavit.

Hisce temporibus venerunt homines Novogradenses principem sibi quaesituri: „nisi ad nos venietis, alium principem inveniemus;“ Suiatoslaus iis respondit: „utinam aliquis ad vos veniat;“ cum vero Jaropolc et Oleg sese abire negarent, Dobrynia Vladimirum proposuit; — Vladimiri mater erat Maluscha, Olgae procuratrix, Dobryniae soror, pater vero erat Maloc Lubecensis; Dobrynia igitur erat avus Vladimiri; — cum Novogradenses Vladimirum a Suiatoslao peterent, dedit iis; itaque Novogradenses Vladimirum acceperunt, qui cum avo suo Dobrynia Novogradum, Suiatoslaus in Pereiaslavec oppidum sese contulit.

Caput 36. Anno 6479. cum Suiatoslaus veniret Pereiaslavec, Bolgari in oppido sese incluserunt; sed paullo post egressi cum Suiatoslao acie manum conseruerunt; proinde atrocissima clade exorta Bolgari superiores evaserunt; ideoque Suiatoslaus milites suos ita allocutus est: „quia nobis hic moriendum est, fortiter pugnemus fratres et socii;“ sub vesperum Suiatoslaus vicit oppidumque impetu cepit; deinde ad Graecos misit dicens: „vos aggrediar urbemque vestram capiam sicuti hanc;“ cui Graeci: „vobis resistere non possumus; itaque sibi militibusque tuis tributum a nobis expetas, modo dicas, quantus vestri numerus sit, ut tributum per capitum numerum distribuamus;“ quae quidem Graeci Russis dolum machinantes dixerunt; ad haec Suiatoslaus: „viginti millia;“ decem millia adiecit, quia tantum decem millia Russorum erant; dein Graeci tributo negato centum millia in Suiatoslaum armaverunt; Suiatoslaus contra Graecos, Graeci
2 contra Russos in aciem exierunt; — cum Russi conspecta militum multitudine summopere perterrerentur, Suiatoslaus ita eos incitavit: „iam vero nullibi fugere possumus; sive volumus, sive nolumus, proelium conficere debemus, modo ne genti russicae ignominiam afferamus; itaque hic moriamur, mortui enim ignominia liberi sunt; sin terga dabimus, ignominiam reportabimus; quia nullibi fugere possumus, fortiter resistamus; ego primus in-

cedam, si morti occumbam, ipsi sibi consulite;“ ad quae mi-
lites: „ubi tu morieris, ibi nos quoque moriemur;“ tum Russis
in aciem collocatis et atrocissima caede exorta Suiatoslaus Graecos
devicit; qui cum terga dedissent, Suiatoslaus urbem captam de-
vastavit aliaque oppida, quae ad hunc diem diruta iacent, depo-
3 pulatus est; — quibus factis imperator proceribus in palatium con-
vocatis dixit: „quid faciamus, cum ei resistere non possimus;“ —
cui proceres responderunt: „mittas ei dona temptandi causa,
utrum auri et vestium amans sit;“ auro et vestibus cum viro
prudenti missis huic mandatum est, ut vultum et faciem et ani-
mum eius percontetur; hic cum donis ad Suiatoslaum venit; Suia-
toslao Graecos cum donis venisse nuntiatur: hi introduci iussi
supplices venerunt et coram eo aurum vestesque deposuerunt;
sed Suiatoslaus haec despiciens servos suos ea sumere iussit;
cum legati ad imperatorem reverterentur, proceribus ab impe-
ratore convocatis ita rettulerunt: „cum ad eum veniremus dona-
que traderemus, ne aspexit ea quidem, sed servare iussit,“ tum
aliquis sententiam dixit, ut armis mittendis iterum temptetur;
qua sententia probata gladius aliaque arma ei missa atque delata
sunt; quae cum acciperet laudavit iisque laetatus est, ac prae-
terea imperatori gratias rettulit; ad imperatorem reversi, quod
accidit, rettulerunt; propterea proceres dixerunt: „hic vir atrocis-
simus erit, quia opes despicit, arma vero sumit; itaque tributum
4 ei solvas;“ — propterea imperator cum his propositis ad eum
legatos misit: „noli urbem aggredi, accipe tributum, quale volue-
ris;“ tantum enim aberat, ut ad Constantinopolim procederet;
tributo soluto pro necatis quoque postulavit affirmavitque sese
idem caesorum affinibus daturum esse; postremum permultis do-
nis acceptis magna gloria praeditus in Pereiaslavec reversus est.
— attamen parvum numerum copiarum suarum intuens secum
ita deliberavit: „si dolo me ceperint, me copiasque meas inter-
ficient;“ permulti enim in acie manserunt; propterea in Russiam
revertere maioresque copias adducere decrevit. itaque legatos
Derstram, ubi imperator morabatur, misit, qui dicerent, Suiato-
slaum cum eo firma pace et amore iunctum esse velle.

Quibus auditis imperator magnopere gavisus ad eum dona prioribus maiora misit; donis acceptis Suiatoslaus cum sociis ad consilium convocatis delibarare coepit et haec dixit: „si cum imperatore pacem non faciemus, imperator vero nos paucos esse

comperiet, advenient et in oppido nos obsidebunt; dum russicus
populus procul sit, Pecenigi autem nobiscum proeliantur, quis nos
adiuvabit? quam ob causam pacem cum imperatore faciamus,
praecipue cum vectigalia nobis pendeant; accedit quod. si vecti-
galia solvere intermiserit, iterum maiore militum multitudine col-
5 lecta e Russia Constantinopolim aggredi nobis licebit.“ — haec
oratio sociis placuit, idcirco viri praestantiores ad imperatorem
missi Derstrae adventum suum imperatori nuntiaverunt; cum po-
stero die imperator legatis russicis loquendi facultatem daret, hi
principem suum velle cum imperatore graeco aeterna amicitia
per omnia tempora iunctum esse dixerunt. imperator hisce gavi-
sus scribam omnia Suiatoslai proposita in charta conscribere
iussit; quae igitur legatus rettulit, scriba conscripsit; reperieban-
tur autem haec: veluti in secundo foedere, icto cum Suiatoslao
summo principe russico, conscripto coram Suinaldo; scriptum est
coram Theopilo sincelo ad Joannem imperatorem Graecum qui
appellatur Cemiscius: Derstrae, Julio mense indicto XIV. anni
6479 (971):
6 „Ego Suiatoslaus, princeps russicus, prout iuravi, iuramentum
meum hoc consilio confirmo: cum unoquoque graecorum impera-
tore, cum Basilio et Constatino, et cum imperatoribus a deo inspi-
ratis et cum universo populo vestro pacem aeternamque amici-
tiam per omnia saecula habere decrevimus et ego et proceres
et omnes reliqui: nunquam animum advertam in imperium ve-
strum neque milites colligam neque barbaros adducam in fines,
qui ditionis vestrae sunt, neque in fines Chersonesi, quot oppida
ibi sunt, neque in Bolgarorum fines; si alius quidam in impe-
rium vestrum animum adverterit, ego quoque hostis contra eum
evadam et bellum cum eo geram. foederis a me et a proceribus
et universa Russia cum Graecorum imperatore icti, honesta de-
creta nobis custodienda sunt. - si quidquam ex his aut ex iis quae
antea constituta sunt vel a me vel a meis subditiciis non erit con-
servatum, puniamur a deo, quem colimus, a Peruno et a Voloso,
pecudis deo, cudamur sicuti aurum et propriis armis caedamur.
haec quae vobiscum hodie inivimus quaeque in hac charta conscri-
psimus nostrisque sigillis corroboravimus, vera esse existimetis.“
7 Suiatoslaus foedere cum Graecis icto navibus ad cataractas
profectus est; tum Suinald. patris dux, hunc locum equis circu-
mire invitavit, cum Pecenigi aquae deiectus obsessos tenuerint;

sed non animadvertit in eius dicta navibusque iter fecit; interim Pereiaslavcenses ad Pecenigos nuntios miserunt, qui Suiatoslaum cum magnis opibus a Graecis sumptis et cum innumerabilibus captivis, at paucis hominibus in Russiam reverti nuntiarent; quibus auditis Pecenigi fluvii deiectus intercluserunt; quam ob causam Suiatoslaus ad cataractas progressus eos transire non potuit; decrevit igitur in Alba Ripa hiemare; propterea cibo deficiente vehementi fame premebantur, nam equi caput semigrivna emebatur; his condicionibus Suiatoslaus ibi hiemavit.

Vere anni 6480. appropinquante Suiatoslaus ad cataractas iter tractavit; hic Curia, dux Pecenigicus, Suiatoslaum adortus eum occidit ac caput detruncavit; e capite poculum, auro oblitum, fecit eoque bibendo usi sunt.

Postremum Suinald Kioviam ad Jaropolcum reversus est.

Suiatoslaus regnavit annos 28.

Caput 37. Anno 6481. Jaropolc regnare coepit.

Anno 6482; a. 6483 Lut, Suinaldi filius, in silvis circa Kioviam sitis, venabatur; quem cum Oleg conspiceret rogaretque quisnam esset, Suinaldi filium esse responsum rettulit; eum igitur prosecutus interfecit, quia venandi amans fuit; propterea inimicitia inter Jaropolcum et Olegum exorta est ac Suinald filium ulturus Jaropolcum semper sollicitavit, ut fratrem adoriatur eiusque regno potiatur.

2 Anno 6484; a. 6485. Jaropolc Olegum fratrem in terra Drevica adortus est; ei Oleg obvius fit; utrimque acie constituta proelioque commisso Jaropolc Olegum vicit; Oleg cum militibus suis confugit in oppidum, quod dicitur Crucii. in vallo erat pons, quem oppidi portas intraturus transgredi debebat; illic alius alium premens extra vallum detrudebat; qua occasione Oleg ex ponte in vallem deiectus est; etiam multi homines deiciebantur virosque equi opprimebant; — Jaropolc Olegi oppidum ingressus eoque potitus misit, qui fratrem quaererenti; quamvis quaererent, non inveniebant; tum Drevlanorum quidam sese vidisse dixit, cum heri ex ponte detrusus esset; Jaropolc iterum fratrem quaerendum misit; itaque corpora usque ad meridiem devolventes, Olegum inter infima cadavera inventum sublatumque in tapete composuerunt; quem conspectum Jaropolc deploravit Suinaldumque allocutus est: „ecce tu hoc voluisti.“ Olego sepulto prope oppidum Cruci, ubi eius tumulus ad hunc diem exstat, Jaropolc

3 eius regnum obtinuit. — Jaropolci uxor Graeca erat atque olim sacerdotis munere fungebatur; quam Suiatoslaus, Jaropolci pater, adduxit atque propter pulchritudinem corporis Jaropolco uxorem dedit. Vladimir, cum Novogradi comperisset, Olegum ab Jaropolco necatum esse, timore commotus trans mare effugit; idcirco Jaropolc gubernatores suos Novogradi collocavit atque ita unus et solus Russiae princeps factus est.

Caput 38. Anno 6486. a. 6487.; a. 6488. Vladimir cum Variagis Novogradum reversus Jaropolci gubernatores ad fratrem misit, qui eum cohortarentur, ut cum Vladimiro ei bellum inferenti congredi paratus fieret. recuperato Novogradi regno ad Rogvolodum in Polock misit, sese eius filiam in matrimonium ducere paratum esse declarans. qui cum filiam interrogaret, utrum Vladimiro nubere vellet, haec respondit sese servae filium exuere nolle, sed Jaropolco nubere velle; — Rogvolod e regionibus transmarinis venit et in Polock regnavit, Tur regnavit in Turov, unde
2 Turovcenses dicti sunt; — Vladimiri ministri cum reversi essent, rettulerunt dicta Rognidae, filiae Rogvolodi, Polocciensis principis; deinde Vladimir multis militibus collectis ex Variagis et Slovenis, Tiudis et Crivicis Rogvolodo bellum intulit; interim Rognida Jaropolco nubere cogebatur. Vladimir Polock oppidum aggressus Rogvolodum, utrumque eiusdem filium interfecit, filiam uxorem duxit et contra Jaropolcum profectus est. cum Vladimir ad Kioviam cum multis militibus veniret, Jaropolc, quia resistere non poterat, Kioviae cum populo et cum Bludo sese inclusit; Vladimirus autem castris fossa, quae adhuc exstat, circumductis in media
3 inter Dorogohic et Capic stabat; — Vladimir ad Bludum, Jaropolci ducem blanditiis usus, haec misit: *faveas mihi; si fratrem necavero, te patris loco habiturus sum et amplos honores a me adipisceris; non enim ego primus fratrem aggressus sum, sed iste me; quo terrore commotus ego ei bellum intuli;* — Blud Vladimiri legatis ita respondit: *ego tibi gratissimus et amicissimus ero;* — quanta perversitas et quantus dolus hominum; iam vero David praefatus est: „qui cibo meo vescebatur, dolum in me auxit;“ — dolum in principem suum machinati sunt; — altero loco ita dicit: „linguis suis dolum machinabantur, iudica eos Deus, ut superbis suis consiliis deiciantur, ex multitudine improbitatis detrudas eos, te enim Domine irritaverunt;“ — praeterea idem David haec: „homo sanguinis avidus vixdum dimidiam

4 vitae partem explebit.“ — perversum est hoc consilium, quod de
sanguine profundendo consulitur; insani sunt isti homines, qui
a principe aut domino suo dignitatibus aut donis praediti, inter-
necionem principi meditantur; tales diabolo peiores sunt; ita e-
tiam Blud principem suum prodidit, etiamsi ab eo multis hono-
ribus affectus est; Blud enim necis auctor fuit, nam cum Jaro-
polco inclusus ei blanditus est; interim ad Vladimirum saepe le-
gatos misit iussitque in urbem impetum facere; ipse Jaropolcum
interficere conatus est, sed hunc conatum propter cives efficere pro-
hibitus dolo eum capere temptavit, quia proelii committendi causa
ex oppido eum egredi prohibuit; Blud Jaropolcum ita allocutus est:
„Kiovienses legatos ad Vladimirum mittunt, qui eum cohorten-
tur, ut sub urbem succedat Jaropolci prodendi causa; fuge ex urbe“.
5 Jaropolc ei paruit ac e manibus eius effugiens in Rodna
oppido, ad Rossi fluminis ostium sito, sese inclusit; tum Vladi-
mir Kioviam intravit et Jaropolcum in Rodna obsedit; itaque
magna fames in oppido exorta est, unde usque ad hunc diem
proverbium durat: „calamitas ut in Rodna“. deinde Blud Ja-
ropolcum ita allocutus est: „vides, quantam multitudinem mili-
tum frater tuus habeat; eos vincere non possumus, propterea
pacem cum fratre facias;“ quamquam haec per dolum consuluit,
Jaropolc huic rei paratum se ostendit. Blud misit ad Vladimi-
rum haec dicens: „consilium tuum effectum est, Jaropolcum
6 enim tibi adducam, fac igitur, ut necetur“.— quibus auditis Vla-
dimir patris arcem lapideam, de qua supra erat mentio, intravit
ibique cum comitibus suis versatus est; et Blud dixit ad Jaro-
polcum: „venias ad fratrem tuum eique dicas. quidquid mihi da-
turus sit, me accepturum esse;“ Jaropolc iter ingressus est, quam-
quam Veriażko eum detinuit dicens: „noli princeps abire, nam
te interficient; contendas potius ad Pecenigos, et milites addu-
ces;“ sed non paruit ei et ad Vladimirum venit. cum portas
intraret, duo varangi gladiis eum sub bracchiis sustulerunt, Blud
autem portas clausit et eius comites auxilio venire prohibuit;
hoc modo Jaropolc necatus est; cum Variażko intellexisset,
Jaropolcum interfectum esse, ex aula ad Pecenigos confugit ac
saepe cum Pecenigis proeliatus est contra Vladimirum, qui sum-
ma ope enixus est, ut iure iurando suo confidat.
7 Vladimir cum fratris uxore Graeca commercium libidi-
nosum habuit, quae gravida fuit ac Suiatopolcum genuit; sed mala

radix malum fructum parit, primum, quod mater sacerdos unquam fuit, deinde quod Vladimir adulter erat et commercium sine connubio cum ea habuit; hanc ob causam pater eum non amavit, nam duo ei patres erant, Jaropolc et Vladimir.

8 Deinde varangi Vladimiro dixerunt; „haec urbs nostra est, nos eam cepimus, ideo vectigal ab ea duas grivnas per hominem exigendum statuimus;“ sed Vladimir eos unum mensem exspectare iussit, donec pelles mustellas colligerent; quod cum uno mense prolapso non acciperent, varangi dixerunt: „quoniam nos decepisti, nobis in Graeciam ire permittas;“ cum aliis abire permisisset, ex aliis viros probos, prudentes et fortes elegit iisque oppida dedit, alii Constantinopolim ad Graecos sese contulerunt; attamen iis praemisit nuntios ad imperatorem, qui ei dicerent: „caveto, varangi enim ad te proficiscuntur; noli eos in urbe retinere, secus sicuti hic pestem machinabuntur; sed passim eos dispergas et ne unum quidem huc reverti sinas.“

Tum Vladimir Kioviae solus regnare coepit.

9 In colle extra arcem lapideam sito idola collocavit haec: Perunum arboreum cum capite argenteo, aurea barba, et Chorsum, et Daždbogum, et Stribogum et Simorglum et Mocoschum; iis sacrificia immolabant, deos esse iudicantes; filios suos filiasque suas adducebant diabolisque immolabant, et sacrificiis terram polluebant polluebaturque sanguine terra russica et hic tumulus. at Deus benignus noluit mortem peccatoris; in hoc colle sita est nunc ecclesia sancti Basilii, de qua paullo post dicemus; nunc ad priora revertamur.

Vladimir Dobryniam, avum suum, Novogrado praefecit; Dobrynia Novogradum cum venisset, idolum ad Volchov flumen collocavit, eique populus Novogradensis veluti deo sacra fecit.

10 Vladimir erat deditus illecebris feminarum, quae ei adducebantur; Rognidam collocavit in Libedi, ubi nunc parvus vicus Predislavinus nomine superest; ex ea quattuor filii ei geniti sunt, Isiaslav, Mestislav, Jaroslav, Vsevlad, et duae filiae; e Graeca femina Suiatopolc, e Bohemica Viseslav, ab alia quadam Suiatoslav et Stanislav, e Bolgarica Boris et Glib. Visegradi concubinas habuit trecentas, etiam Bielgradi trecentas, denique ducentas in viculo, usque ad nostra tempora Berestovoie dicto; luxuriei insatiabilis erat, feminas enim nuptas ad se adducebat et virgines corrumpebat; erat luxuriosus veluti Salamo.

11 Salamo septingentas uxores et trecentas concubinas habuisse narratur; hic sapientissimus erat, tamen sub finem vitae luxuriei se corrumpendum dedit; ille paganus erat, tamen sub finem vitae salutem invenit. magnus est dominus et magna est potentia eius, et sapientiae eius modus nusquam finitus.“ cupiditas feminarum malum est, id quod Salamo contendit, quum eum huius rei poeniteret: „nolite attendere improbas feminas, nam feminarum adulterinarum labris mel effunditur; quo palatum vestrum suavissime afficitur, postea vero bile amarius est; qui iis pellicitur, ad mortem in inferos prodibit, inter errores vitae viam non sequitur, sed insanus ingreditur.“ ita Salamo de adulteris feminis
12 dixit. — de feminis vero honestis haec dixit: „pretiosor est gemmis pretiosissimis, coniux ea laetatur, felicitate coniugem per totam vitam afficit, ex lana et lino manibus suis res utiles perficit; opes comparans similis est navi mercatoriae; noctu surgit, alimenta domui et operam servis distributura; si agrum conspiciat, emit; opera manuum suarum hortum plantat; lumbis firmiter accinctis bracchia labore firmavit et laborem bonum esse experta est; lampas eius per totam noctem haud extinguitur, manus eius negotiis utilibus non abstrahuntur, digiti fusis exercendis versantur, manus pauperi aperiuntur; inopi opes suas porrigit; cura domus coniugi ignota est; ubicunque moratur, omnes ex eius familia vestiuntur; dupplices vestes coniugi paravit, sibi vestes rubefactas et purpureas; colitur coniux eius in portis, cum maioribus natu in consilio sedens, materiam paratam vendere commisit; os nisi ad res sapientes aperitur, lingua nihil nisi rectum loquitur; firmitate et suavitate induitur, misericordia liberos eius firmavit et locupletavit; coniux eam laudat; uxor enim sapiens benedicta est, timorem dei celebret, fructibus oris sui fruatur, coniux eius in publico laudetur.

13 Anno 6489. Vladimir contra Lachos profectus aggressus est oppida eorum Peremyśl, Cerven aliaque, quae ad nostra tempora in Russorum sunt potestate; eodem anno Viaticis devictis tributum ab aratro imposuit, idem quod patri eius pendebatur.

Anno 6490. Viatici bellum intulerunt; Vladimir igitur contra eos egressus iterum eos vicit*).

*) Hi duo versus, quibus finitur cap. 38, et duo versus priores cap. 39., paullisper mutati reperiuntur fol. 138. p. v. codicis russici bibl. palat. vindobonensis, qui inscribitur *Цвѣтникъ* = *Florilegium* et signatus est n. 88; co-

Caput 39. Anno 6491. Vladimir contra Jatviagos egressus
est; Jatviagis victis terram eorum cepit; Kioviam profectus cum
comitibus suis idolis sacra fecit; tum maiores natu et proceres
dixerunt: „puerum et virginem sortiri iubeamus; qui sortitus fu-
erit, hunc deis immolabimus.“ reperiebatur autem varangus qui-
dam, cuius domus ibi posita erat, ubi nunc ecclesia Sanctae Vir-
ginis a Vladimiro aedificata stat; hic varangus Christianorum
religioni addictus e Graecia advenit habuitque filium corpore pul-
chrum animoque honestum; hic a diabolo exosus sortitus est;
diabolus enim in omnes vim suam exercens, huic inimicissimus
erat, hic ei sentis instar in corde erat; qui sceleratissimus eum
2 pessumdare summopere studebat hominesque excitabat. — ad va-
rangum missi filium eius sortitum esse dixerunt, id quod etiam
diis probatur, ut iis immoletur; ad quae varangus: „hi haud-
quaquam dii sunt, sed ligna, hodie stant, cras putrefient; neque
edunt neque bibunt, neque loquuntur, sed manibus ex arbore
faciuntur; deum autem unum et solum habemus, quem Graeci co-
lunt cuique serviunt, qui creavit coelum et terram, stellas et
lunam et solem et hominem, eique in terra vivere permisit; at
hi dii quid fecerunt? ipsi facti sunt; diabolis igitur filium meum
non offeram“. quae legati abeuntes coram populo rettulerunt;
armis sumptis eum invaserunt eiusque sepem diruerunt; hic au-
3 tem cum filio in vestibulo stetit. — tum eum allocuti sunt: „tra-
das nobis filium, ut diis eum immolemus“. hic respondit: „si
isti dii sunt, deum aliquem e numero suo mittent, qui filium ca-
piet; vobis autem quid opus est?“ clamore sublato fundum qui-
dem sub iis prosciderunt utrumque necaverunt, neque quisquam
gnarus est ubi eos sepeliverint; hi homines enim scelerati tum
erant pagani. diabolus his exsultabat cladem suam appropinquare
non animadvertens; etiamsi gentem Christianorum pessumdare
studebat ex aliis regionibus sancta cruce propulsus, sceleratis-
simus sedem suam hic esse iudicavit, hic enim apostoli non do-
cebant, neque prophetae praedicabant; non erat gnarus prophetae
dictorum: „populum non meum appellabo meum;“ de apostolis ita
dictum est: „doctrinae eorum universo mundo promulgabantur,

dicem hunc descripsimus eadem qua nunc occasione in progr. gymn. nostri a. 1884 p. 22. sq. ac dedimus ex eo duo excerpta ad cap. 20.; praeterea invenimus in eodem codice binos locos in f. 138. p. r., qui eadem continent, quae habent conversionis nostrae §. 5. c 30. et totum fere c. 32.

dictaque eorum per ommes terrarum fines; licet apostoli corporibus suis hinc absint, doctrinae eorum veluti tubae per totius mundi ecclesias sonant, eorumque institutis inimicum diabolum superamus, pedibus subicimus veluti hic uterque praecursor pedibus conculcati coranam coelestem cum sanctis martyribus et hominibus honestis acceperunt.

Caput 40. Anno 6492. Vladimir Radimicios invasit. erat apud eum dux Volci Chvost (Lupi Cauda); hic Volci Chvost a Vladimiro praemissus Radimiciis in Piscana fluvio obviam fit; et Volci Chvost vicit Radimicios; hanc ob causam Russi Radimicis irrident dicentes: „Piscanenses lupi caudam fugiunt“; Radimici ad Lachorum gentem pertinebant; qui cum advenissent, hic consederunt Russisque vectigal solvunt ad hunc diem vecturam vehentes.

2 Anno 6493. Vladimir cum avunculo suo Dobrynia in Bolgaros in navibus ivit, Torcorum equitatem secundum ripam adduxit Bolgarosque vicit. Dobrynia Vladimiro dixit: „conspexi captivos, crepidas adhibentes, hi tributum nobis non dabunt, eamus quaesituri corio indutos“. foedere cum Bolgaris icto eoque iure iurando utrimque confirmato Bolgari Vladimiro dixerunt: „tunc pax inter nos tolletur, cum lapis natabit et lupulus submergetur“. deinde Vladimir Kioviam reversus est

3 Anno 6494. Bolgari addicti Bochmicae (Mahometi) religioni venerunt dicentes: „tu es quidem princeps sapiens et prudens, attamen nullam religionem colis, idcirco nostram religionem accipe et Bochmitum cole“. cum Vladimir ex iisdem quaereret, qualis eorum religio esset, dixerunt: „deum colimus, Bochmit vero nos docet, ut membra pudica circumcidamus; carne suila vesci, vinumque bibere vetat, post mortem cum uxoribus connubium libidinosum exercere permittit; Bochmit unicuique septuaginta pulchras uxores dedit, e quibus una pulcherrima, omnium pulchritudine in eam collata, eligitur et uxor fit. in hac vita licet omnis generis libidines perficere, si quis in hoc mundo pauper est, erit pauper etiam illic;“ huiusce modi permulta alia, quae pudicitiae causa litteris mandare dedecet. his Vladimir libenter aures praebuit quippe qui cupidinibus femineis ipse valde indulserit; haec erant ei grata, aegerrime autem ferebat membrorum pudicorum circumcisionem, et quod caro suila vetetur; de bibendo omnino dixit: „Russi bibendo oblectantur, eo carere non possumus“.

4 Postea advenerunt Germani dicentes, a pontifice maximo

missi venimus, qui tibi haec dicere nos iussit: „terra tua nostrae similis est, sed religio vestra nostrae dissimillima; religio enim nostra clarissima est; nos deum colimus, qui creavit coelum et terram, stellas, lunam omniaque animalia, at dii vestri ligna sunt“. et cum Vladimir ex iis percontaretur, qualia eorum instituta essent responderunt: „ieiunium exercemus quantum possumus; edimus aut bibimus semper in dei gloriam, veluti Paulus magister noster dicit.“ tum Vladimir Germanis respondit: „redeatis, quoniam maiores nostri haec abnuerant.“

5 Quibus auditis Judaei Chosarici advenerunt dicentes: „audivimus Bolgaros et Christianos, quorum utrique te religionem suam docerent, advenisse; sed Christiani eum colunt, quem nos cruci affixeramus; nos colimus unum et solum deum Abraami, Isaaci, Jacobi“. quos cum Vladimir, qualia eorum instituta essent, quaereret, dixerunt: „tenemur circumcisione, neque carnem suiliam neque lepoream edimus, sabbatum servamus“. cum deinde quaereret, ubi eorum patria esset, hi responderunt: „Hierosolimis“; postquam iterum quaesivit, utrum etiam nunc ibi esset, isti dixerunt: „deus in maiores nostros iratus peccatorum nostrorum causa nos passim dispersit, nostraque patria Christianis obvenit.“ tum ille: „numme potestis alios docere ipsi a deo repudiati et dispersi? si deus vos vestramque religionem amaret, per terras externas non essetis dispersi; numme etiam nos his afficere putatis?“

6 Deinde Graeci ad Vladimirum miserunt philosophum, qui haec diceret: „audivimus venisse ad te Bolgaros, qui tibi religionem suam accipiendam commendavissent; sed eorum religio foedat caelum et terram suntque ex omnibus hominibus vehementissime exsecrati, ad Sodomam et Gomorram proxime accedunt, in quae oppida dominus ignem deiecerat atque undis ea submerserat; ita etiam hos exspectat dies exitiabilis, quando Deus homines iudicaturus descendet; omnes qui iniusta et sordida perficiunt pessumdabit, hi enim excrementa sua lavata in os infundunt barbamque linunt, Bochmitum colunt; feminae quoque eorum easdem res sordidas exercent aliaque peiora, coitum virilem et femineum gustantes.“

7 Quibus auditis Vladimir respuit dixitque: „haec inproba sunt:“ tum philosophus: „etiam haec audivimus, Roma venisse quosdam in religione sua vos instituendi causa; eorum religio paucis a nostra discedit, in sacris peragendis utuntur azymo (pane

infermentata), quae dicuntur „opłatki;“ haec Deus non tradidit, sed pane sacra peragi iussit; panem enim sumptam apostolis tradidit hisce: *ecce corpus meum, pro vestra salute frangendum*; poculo quoque sumpto dixit: *ecce sanguis meus novi testamenti*; quod quia non faciunt, religionem haud emendaverunt.“

8 Deinde Vladimir dixit: etiam Judaei ad me venerunt dicentes: „Germani et Graeci credunt in eum, quem nos cruci affixeramus;“ ad haec philosophus: „nos in eum credere verum est; namque eorum prophetae praefati sunt, Deum naturum esse, alii eum cruci affixum et sepultum, tertio die resurrecturum et caelum ascensurum esse. eorum paenitentiam quadraginta sex annos exspectavit et quia eos non poenituit, Romani in eos missi oppida eorum diruerunt ipsos passim dissipaverunt; itaque alienis serviunt.“ Vladimir interrogavit: „quare Deus in terram descenderit ac tantos cruciatus perpessus sit?‘ — philosophus haec responsa dedit: „si audire vis, a principio exorsus, quare Deus in terram descenderit, tibi narrabo;“ — et cum Vladimir sese libenter auditurum esse affirmavisset, philosophus haec exponere coepit:

9 „Principitus creavit coelum et terram primo die;—altero die creavit continentem, qui est in media aqua; eodem die aquae divisae sunt, altera earum pars supra continentem abiit, altera sub continentem;—tertio die creavit mare, et flumina et fontes et semina;—quarto die creavit Deus solem et lunam et stellas iisque caelum exornavit; — quibus conspectis supremus angelorum, chori angelici princeps, secum deliberans dixit: „in terram degressus eam occupabo Deoque par ero, et solium meum in nubibus septentrionalibus collocabo.“ sed inter haec de caelo deiectus est eumque secuti sunt, quibus praeerat, chorus decimus; adversario nomen erat Sotonail, in eius locum principis succesit Michael; satanas vero, quia in consilio suo erravit ac pristina gloria detrusus est, Dei inimicus dictus est; — post haec quinto die Deus creavit balaenas et pisces, reptilia et aves plumigeras; — sexto die creavit Deus bestias et pecudes et serpentes terrestres, denique creavit hominem, postremum septimo die Deus operibus suis perfectis requievit et hic dies sabat est.

10 Deinde Deus in oriente paradisum plantavit in Eden, huc induxit hominem a se creatum eique permisit ab omnibus arboribus edere, modo ne edat fructus unius arboris, qui est arbor intelligendi boni et mali; itaque erat Adam in paradiso, contem-

plabatur et gloriabatur Deum, cum angeli gloriarentur; tum Deus Adamum, somno obrutum, sopivit et cum Adam dormiret, Deus unam Adami costam demit, feminam ei creavit; quae cum ad Adamum in paradisum adduceretur, Adam dixit: *Ecce os de ossibus meis, ecce corpus de corpore meo*; haec uxor dicta est.

Deinde Adam nomina dedit animalibus et avibus, bestiis et reptilibus, ipsis vero angelus dixit. Deus Adamum bestiis et pecudibus praefecit, omnium potestas penes eum erat, omnia ei oboediverunt.

11 Cum diabolus animadverteret, quanta dignitate Deus hominem affecisset, ei invidens in serpentem sese transformavit, ad Evam accessit dixitque: „quare non gustatis arborem, quae crescit in medio paradiso?“ tum femina serpenti respondit: „Deus nos edere vetuit: si edamus, moriemur;“ et serpens dixit feminae: „immovero non moriemini, notum enim est Deo, eo die, quo ex illo edissetis, oculos vestros patefactos ac vos ipsos in discernendo bono et malo Dei similes fore.“ itaque femina comperit arborem edendo praesto esse; decerpsit igitur et ipsa edit et marito dedit; utrique ederunt et oculi eorum patefacti sunt persuasumque sibi habuerunt sese nudos esse; ex foliis fici velamenta consuerunt

Tum Deus dixit: „exsecrata fiat terra in operibus tuis, inter moerorem edes per omnes dies vitae tuae;“ praeterea dixit Deus omnipotens: „si manus prosterneretis et de arbore vitae decarperetis, viveretis in aeternum.“

Atque Deus omnipotens Adamum paradiso propulsavit; hic versus paradisum habitans flebat et terram coluit; satanas vero exsecratione terrae gavisus est.

Talis erat primus noster lapsus et amara paenitentia detrimentum vitae angelicae.

12 Adam genuit Cainum et Abelum; Cain erat agricola, Abel pastor. Cain fruges terrae offerebat, at Deus haec dona non recepit; Abel offerebat primitias gregis, et Deus Abeli dona recepit; tum satanas in Cainum penetravit eumque incitavit, ut Abelum interficeret. dein Cain dixit: „Abel, exeamus in campum;“ cum exirent, Cain eum invadit interficiendi causa; sed ignarum internecionis satanas ita instituit: „sume lapidem eoque percute,“ et Cain lapide fratrem interfecit. cum deinde Deus ex Caino quaesivit, ubinam frater eius esset, hic respondit: „numne custos

fratris sum?" at Deus dixit: „sanguis fratris tui ad me exclamat, ingemesces et percutieris ad finem vitae tuae."

Adam et Eva lacrimis oboriebantur, diabolus vero laetabatur dicens: „ego effeci, ut hic, quem Deus honoravit, a Deo desciverit eumque flentem feci".

Abelum triginta annos deflebant, sed corpus eius non est putrefactum. neque sciebant, quomodo eum sepelirent; itaque iussu divino duae aves advolaverunt; et cum altera earum mortua esset, altera foveam fodit mortuamque composuit et sepelivit; quae cum Adam et Eva viderent, foveam foderunt, Abelum composuerunt et flentes sepeliverunt."

Quoniam sumptus ponendi in huisce generis libellos constituti sunt, propter chartae inopiam conversio nostra ad c. 43, quod res gestas anni 988. complectitur, produci non potest; anno autem 988. Vladimirum ac populum Russorum esse baptisatum omnibus constat.

Secundum Chronica Nestoris Olga prima baptismum iniit; deinde Vladimir baptisatus est, cum Chersonesi moraretur; tantum aberat, ut oculorum morbo implicitus caecus fieret. quod cum comperisset Anna, Graecorum imperatorum soror, quam Vladimir uxorem ducere sibi proposuit, nuntium ad eum misit, si baptisari vellet, certo certius oculorum morbo sanatum fore. Vladimir sponsae consilium libentissime secutus summo gaudio affectus est, simulac baptisatus a sacerdote Graeco Constantinopoli ab Anna misso sanatus est; id quod factum est Chersonesi, ut Nestor contendit contra alios scriptores, quorum alii, rei minus periti, Vladimirum Vasilevi, alii Kioviae baptismum inisse tradunt.

Deinde sanatus matrimonium iniit Kioviamque reversus idolum Peruni ad equi caudam adnecti, equum secundum Danaprim agi atque idolum ipsum a duodecim hominibus verberari iussit; idoli relliquiis in flumen deiectis universum Russorum populum ad Danaprim convenire iussit; principis exemplo invitati omnes Kioviae incolae praeceptum eius grato cum animo perfecerunt; maiores natu infantes manibus tenentes aquam intraverunt, liberi ac minores natu in ripa adsteterunt omnesque principe praesente a sacerdotibus Graecis baptisati sunt.

Haec de Russorum baptismo anno 988. confecto in Chronicon Nestoris narrantur; cuius animum ea res movet, quaedam plura maioris momenti in eodem libro reperiri potest; nos vero alia quaedam minoris momenti tractaturi ab iis inviti discedimus.

*   *   *

Jam antea nonnullas res difficiliores attigimus; etiam in hac parte cum res leviores tum graviores occurrunt; huc pertinent: изламахоѹ — изнимахоѹ, c. 26. §. 1.; — Сфанды — Сфандры, c. 27. §. 4.; Оѹстинь — Оѹтинь, ibidem; коѹпець (mercator) — Коѹпець (nom. propr.) ibidem; — Синъ Коробичь — Синко Робичь, ibidem; — по Лоѹцѣ — Плесковѣ, c. 30. §. 5; et quaedam alia huisce generis, quae leviori arte critica adhibita sanari possunt; — sed nescio quid faciam cum his: ꙗже ѥсть надъ роѹчаѥмь коньць пасынича бесѣды и Козаръ. c. 27. §. 9. *Leger* (Chronique dites de Nestor etc. . . .) ita convertit... „sur le ruisseau près de la place Pasinetch et du faubourg des Kozares“; haec probari possunt. — etiam locus c. 29. §. 3.: „...лꙗзѣте въ ладию величающе сꙗ = allez maintenant à votre bateau; et faites les fiers,“ etiamsi imperativus лꙗзѣте minus recte redditus esse mihi videtur, ad rem ipsam prope accedit. vir doctissimus autem minus aptum auxilium petivit ab Erbeno et Buslaievo, quorum auctoritate ductus locum c. 36. §. 9. и да боудемъ клати ꙗко злато... puissions — nous devenir jaunes comme l' or;“ quod partic. praeter. pas. клати in adnotatione ita interpretatur: „C' est-à-dire avoir la jaunisse“ vel „être desséchés, brûlés par le feu du ciel;“ — at de клати verbo consulatur Miklosichii liber, qui inscribitur „Etymol. Wörterbuch der slav. Spr.“ s. v. „клад = verschneiden“ aliaeque significationes, et nostrum клан s. v. неклан in „Малоруский Словар“ Желеховского.

Leopoli, mense Junio a. 1888.

Constantinus Łuczakowski.

СПРАВОЗДАНЄ

ДИРЕКТОРА

ц. к. ґімназії академичнои у Львовѣ

за рôкъ шкôльный 1889.

Содержанє:

I. Часть наукова — Константина Лучаковского.
Nestoris Chronicum 40 fin. — 56. in Romanorum sermonem conversa.

II. Часть урядова — Директора.

Накладомъ фонду краєвого.

У ЛЬВОВѢ, 1889.

Зъ друкарнѣ Товариства имени Шевченка
пôдъ зарядомъ К. Беднарского.

ЧАСТЬ НАУКОВА.

Латиньскій переводъ
ЛѢТОПИСИ НЕСТОРА.

Розд. 40 конець — 56.

Пôсля выданя Микльошица.

Biblioteka Uniwersytecka czasopism
nr. inw.
Spr. 130

Capp. 1—20. Nestoris Chronicon in Romanorum sermonem conversa prodierunt a. 1884. in program. gymnasii nostri, capp. 21—25. ibd. a. 1887, capp. 26—40. init. ibd. a. 1888.

Viro doctissimo, qui huius posterioris partis in „Archiv f. slav. Philologie“ v. XI. f. 4. p. 637 mentionem fecit, nobis nuperrimam editionem societatis archaeographicae notam quidem esse responsum damus; sed quaedam intersunt, quominus eam in conversione prodeunte adhibeamus; in toto opere edendo hanc editionem auxilio vocare non omittemus. Nam cum a. 1884. ad Nestorem convertendum accederemus, consilium huius propositi paucis exposuimus; paullatim enim conversionem se temptaturos esse professi sumus primum in programmatibus, ignari, utrum labori a nobis suscepto vires nostrae accommodatae fuerint; deinde eam examinatam et emendatam et in unum corpus redactam ratione Nestoris Annalibus digna edituri sumus, id quod duorum vel trium annorum spatio perfectum fore speramus.

Sunt enim multae difficultates, quae in Nestore e vetusta lingua nostra cum palaeo-slovenico sermone commixta in Romanorum sermonem convertendo interpreti obveniunt; has difficultates impedimento fuisse arbitramur, quod haud quisquam repertus sit, qui ad Nestorem in Romanorum sermonem convertendum inde ab a. 1862 accedere ausus esset. utrum nos ad hoc propositum perficiendum parati accesserimus, sive potius labor noster Danaidum labori similis fuerit, quaeque vitia commiserimus, viri doctissimi diiudicent quaesumus.

NESTORIS

Chronicon capp. 40 fin — 55.

in Romanorum sermonem conversa.

13 **Caput. 40 fin.** „Adam annos ducentos et triginta natus genuit Setum et duas filias, quarum alteram Cain uxorem duxit, alteram Set; ex his gens humana procreata et per terram aucta est; sed creatorem suum non cognoverunt, sese lenocinio compleverunt aliisque rebus foedis, et caedibus et odio atque homines pecudum more vivebant. Noe, qui solus ex hac gente iustus erat, tres filios genuit: Semum, Chamum, Jafetum; et dixit Deus: „spiritus meus inter hos homines non habitabit“; deinde dixit: „omnia quae creavi delebo a homine ad pecudem“; dixit igitur Deus ad Noe: „aedifica navim trecentos cubitos longam, quinquaginta latam, altam triginta cubitos; Aegypti enim orgyam cubitum appellant. cum vero Noe navem per centum annos aedificaret diluviemque praediceret, derisus est. navi aedificata Deus ad Noe dixit: „ingrediaris eam cum uxore tua, cum filiis et nuribus tuis, inducas tecum unum par omnium pecudum et omnium avium et omnium serpentium“. Noe igitur induxit, ut Deus ei praecepit. deinde Deus diluvie in terram immissa
14 omnia corpora submersit, sed navis in aqua natavit. — cum deinde aqua aresceret, Noe et filii eius et uxor et nurus exierunt, ex quibus postea homines procreati sunt; numerus eorum erat magnus et una lingua utebantur et dixerunt alius ad alium: „aedificemus columnam ad coelum“; dum aedificarent, Deus dixit: „hominum numerus auctus est, at consilia eorum vana sunt“. Deus igitur degressus eorum linguam in septuaginta binas linguas divisit; Adami vero lingua Hebraeo non erat adempta, hic enim solus eorum insa-

niei non erat particeps, ita deliberans: „si Deus hominibus columnam ad coelum exstruere praeciperet, ipse Deus verbo hoc exsequeretur, sicuti coelum, terram, mare et omnia, quae videmus et quae non videmus". hanc ob causam lingua eius non est mutata; ab eo prodierunt Hebraei. in septuaginta et unam linguam divisi per mundum digressi sunt et unusquisque proprios mores sibi adscivit atque ex diabolico instituto alii silvis, alii fontibus, alii fluviis sacrificantes Deum non agnoverunt.

15 Ab Adamo ad diluviem erant anni 2242, a diluvie ad distributionem gentium anni 529; postea vero diabolus homines vehementius decepit, nam alii fecerunt idola arborea, alii ahenea, alii marmorea, denique alii aurea et argentea; quae cum colerent, filios filiasque suas adduxerunt ac mactaverunt; itaque totus orbis foedatus erat. idolis fabricandis praeerat Seruch, fecit enim idola in honorem hominum mortuorum eorumque nomina eis dedit, alteris defunctorum imperatorum, alteris heroum et incantatorum et feminarum adulterinarum. hic Seruch genuit Tharam, Thara genuit tres filios: Abrahamum, Nachorum, Aronem; Thara a patre suo institutus idola fecit; sed Abraham, prudens factus et coelum sole, luna stellisque ornatum aspiciens dixit: „profecto is est Deus, qui coelum et terram creavit, at pater meus homines decipit"; deinde dixit Abraham: „experiar deos patris mei"; et dixit: „o pater, quam ob rem decipis homines idola arborea faciens? is est Deus, qui coelum et terram creavit"; igni igitur submisso Abraham idola in templo incendit. quae cum videret Aron, Abrahami frater, idolorum studio inflammatus, idola surrepturus ipse combustus est; itaque Aron ante patrem mortuus est; antea filius ante patrem non moriebatur, sed pater ante filium, exinde filii ante patres mori coeperunt.

16 Deus Abrahamum amavit eique dixit: „exeas domo patris tui in terram, quam tibi monstrabo; creabo ex te populum numerosum, benedicent te gentes terrestres"; „quapropter Abraham fecit, sicuti Deus ei praecepit; itaque cum Loto, fratris filio — Lot enim erat eius socer et fratris filius, nam Abraham uxorem duxit Saram, filiam fratris sui Aronis — in terram Chananensem ad altam quercum venit; tum dixit Deus ad Abrahamum: „hanc terram progeniei tuae dabo"; atque Abraham Deo gratias fecit. Abraham annos septuaginta et quinque natus erat, cum Charaone

demigravisset. sed Sara sterilitate sua adflicta dixit: „ineas con-
nubium cum serva mea“; itaque Sara marito suo Agaram
dedit. Abraham cum Agara coniunctus filium genuit, cui Isma-
elis nomen dedit; Abraham erat octoginta sex annos natus,
cum Ismael nasceretur; postea Sara alterum filium genuit eique
nomen Isaaci datum est; quia Deus filium circumcidere Abrahamo
praecepit, octavo die circumcisus est. Deus amore amplexus est
Abrahamum eiusque gentem ac populum suum appellavit gen-
temque a se dilectam a paganis separavit. cum Isaac adultus
esset, Abraham centum septuaginta quinque annos natus mor-
17 tuus ac sepultus est. — Isaac sexaginta annos natus duos filios
genuit; Esavum et Iacobum; sed Esau erat pravus, Iacob pro-
bus. Jacob apud avum suum septem annos servivit, ut filiam
eius natu minorem uxorem duceret; sed hac negata Laban,
avus eius, natu maiorem eum ducere iussit; itaque dedit
ei Liam, natu maiorem, et pro altera iterum septem annos
eum servire iussit, is igitur alteros septem annos pro Ra-
chela servivit atque ita binas sorores duxit uxores, ex qui-
bus octo filios genuit: Rubenum, Simeonem, Levgium, Iudam,
Isacharum et Sabolonem, Iosephum et Beniaminum; praete-
rea ex duabus servis genuit Danum et Nephtalimum, Gadum et
18 Aserum; ex his Iudaei progeniti sunt. — Iacobus centum et
triginta annos natus Aegyptum cum gente sua, sexaginta quin-
que capita censente, demigravit. Aegypti septemdecim annos vixit
ibique mortuus est: gens eius erat quadringentos annos in servitute.
Post hos annos Iudaeorum populus potentior factus et auctus
est, sed Aegyptiani servitute eum opprimebant.

19 His temporibus inter Iudaeos Moyses natus est; incanta-
tores Aegyptiani nuntiaverunt imperatori in Iudaeis infantem
natum esse, qui Aegyptum pessumdaturus fuisset; hanc ob
causam imperator nascentes infantes Iudaeorum statim in flu-
vium deicere iussit. Moysis autem mater timens, ne filius pes-
sumdaretur, in fiscellam eum deposuit atque in nemore collo-
cavit; eo tempore Thermythis, Pharaonis filia, lotum se contulit
atque infantem flentem videns, misericordia commota eum sustulit
ac Moysem nominavit et educavit; pulchrum infantem quattuor
annorum Pharaonis filia ad patrem suum duxit; Moysem Pharao
cum videret amore eum amplexus est, Moyses autem in collo
imperatoris suspensus coronam capite eius detrusit eamque discerpsit,

quae cum incantator videret, imperatorem ita allocutus est: „neca
hunc infantem, imperator, nam si eum non necaveris, Aegyptum
pessumdaturus est“; sed imperator haud animadvertit dicta eius,
immo potius Iudaeorum infantes necare vetuit. Moyses adultus
magna auctoritate in Pharaonis domo fruebatur, id quod impe-
rante posteriore imperatore proceres ei invidebant; cum deinde
Moyses Aegyptianum, qui Hebraeum iniuria affecit, interfecisset,
Aegypto fugit et in Madianorum terram proficiscens ac per de-
serta vagans a Gabriele angelo de existentia totius mundi, de
primo homine, tum etiam de eis, quae post eum et post dilu-
viem erant, de confusis linguis, quot quisque annos vixerit, de
stellarum cursu earumque numero, de mundi magnitudine omni-
20 busque rebus edoctus est. — postea Deus sese ei aperuit rubo
ardenti dicens: „populi mei calamitatem in Aegypto comperi;
degressus igitur sum eum e manibus Aegyptiorum liberaturus
atque ex hac terra educturus; tu autem confer te ad Pharaonem,
Aegypti imperatorem, eique haec refer: ***libera Israelem, ut per
tres dies Deo sacrificaret***; ***sin imperator te non exaudierit***, ***omni-
bus meis miraculis eum afficiam***“. cum vero Pharao Moysi
haud oboediverit, Deus decem plagas in Pharaonem misit: qua-
rum prima fluvii in sanguinem conversi, altera ranae, tertia
mures, quarta muscae caninae, quinta pecudum pestis, sexta
tumores urentes, septima grandines, octava locustae, nona tene-
brae per tres dies, decima hominum pestis. decem autem plagae
in eos demissae sunt, quoniam per decem menses Aegyptiorum
21 infantes submerserunt. — cum pestis Aegypti esset, Pharao Moysem
eiusque fratrem Aronem quam celerrime abire iussit. itaque
populo Iudaeorum collecto Moyses Aegyptum reliquit. Deus vero
per deserta ad mare rubrum eos duxit, Ipse columna ignea
noctu, diu nubila praecedens. cum Pharaoni fuga populi nun-
tiaretur, eum persecutus ad mare propulsavit: quibus visis
populus Moysi conviciatus est his verbis: „qua de causa nos
ad mortem eduxit?“ at Moyses cum Deum imploravit, Deus ei
dixit: „cur me imploras? sceptro mare infligas“. quo facto
aqua in utramque partem discessit et filii Israelis mare intrave-
runt. quibus visis Pharao eos persecutus est, sed Israelis filii
per sicca ierunt; postquam in litus egressi sunt, mare congres-
sum est et Pharaonem eiusque milites submersit. Deus igitur
22 Israelitanos amavit. — a mari tres dies per deserta ierunt Mere-

numque pervenerunt: quia aqua ibi amara erat, homines in Deum murmurabant; sed Dominus ostendit eis arborem, quae a Moyse in aquam posita aquam dulcem reddidit. postea iterum in Moysem Aronemque murmurabant dicentes: „melius nobis erat in Aegypto, ubi carne, caepa et pane ad satietatem vescebamur“; tum Deus ad Moysem dixit: „audivi filiorum Israelis murmur“; propterea mannam eis ad edendum dedit; postea leges eis dedit in monte Sinaico. Moyse autem ad Deum in montem egresso, ii caput vitulinum confuderunt idque sicuti Deum venerabantur; propterea tria eorum millia Moyses trucidavit. postea deinceps in Moysem Aronemque murmurabant, quod aqua deerat; atque Deus ad Moysem dixit: „rupem sceptro illidas“; sed Moyses dixit: „et si ex hac rupe aqua haud effundetur“? Deus igitur iratus est Moysi, quod Dominum laudibus non extollebat: hanc ob causam et propter ista murmura promissam terram non est assecutus; sed duxit eum in montem Vamicum, terram pro-
23 missam ei ostendit, ibique in monte Moyses mortuus est. — Itaque potestatem obtinuit Iesus-Nauginus; hic in terram promissam venit et Chananensium populo caeso in eorum locum Israelitanos collocavit. Iesu mortuo in eius locum iudex successit Iuda; aliorum iudicum numerus erat quadraginta, quorum temporibus Dei, qui eos Aegypto eduxit, obliti, diabolos colere coeperunt. propterea Deus eis iratus alienigenis eos diripiendos dedit; sed cum poenitere eos coepisset, eorum miseritus est; verumtamen liberati iterum idolorum cultui sese dediderunt. postea erat iudex Elias sacerdos, post eum Samuel propheta: a Samuele populus postulabat, ut imperatorem ei daret: et Dominus Israelitanis iratus Saulem imperatorem eis praeposuit. nec vero Saul instituta divina persecutus est; itaque Dominus Davidem elegit eumque Israelitanis imperatorem praefecit; quia David Deo placuit, huic Davidi Deus iuravit ex gente eius Deum naturum esse. —
24 David primum de incarnatione Dei vaticinatus est hisce: „ante solis ortum ex ventre te genui“. hic per annos quadraginta vaticinatus morti occubuit. post eum imperavit et vaticinatus est filius eius Salamo, qui Deo ecclesiam aedificavit eamque Sancta Sanctorum appellavit; Salamo sapiens quidem erat, sed sub finem lapsus est; post quadraginta annorum imperium mortuus est. — post Salamonem imperavit filius eius Roboam; eo imperante imperium in duas partes dilapsum est, alterum iudaicum Hiero-

solimis, alterum Samariae. Samariae imperavit Hieroboam, Salamonis servus, qui binas vaccas aureas exsculpsit, quarum alteram Bethili in colle constituit, alteram Danae, dicens: „ecce Israel deae tuae“; has populus venerabatur, Dei oblitus. etiam Hierosolimis Dei oblivisci coeperunt ac Balum, belli deum Martem colebant, et Dei patrum suorum obliti sunt: idicirco Deus prophetas ad eos misit, qui eos coarguerunt impietatis, quippe cum idola coluerint; sed hi a prophetis reprehensi eos trucidaverunt; itaque Deus, Israelitanis iratus, dixit: „propellam eos a me aliosque homines adsciscam, qui mihi oboedient; si errabunt, vitiorum eorum non recordabor“: et misit eis prophetas dicens: „praedicate de propulsatione Iudaeorum et de advocatione aliorum populorum“.

Osia erat primus, qui haec prophetisatus est: „gentis Israelitanae imperium sublaturus frangam Israelis arcum, neque unquam misericordiam Israelitarum admittam“; abiectis eis Dominus sese eos spreturum esse dicit eosque fore vagantes per mundum. - Ieremia vero dixit: „etiamsi Samuel et Moyses prodirent, eorum haudquaquam miserebor“; idem Ieremia iterum haec verba Domini dicit: „ecce permagno nomine meo iuratus sum, si alicubi abhinc nomen meum per Iudaeorum ora vocabitur.“ - deinde Hesechiel Dominum Adonai haec dicentem profert: „vos et relliquias vestrum per omnes ventos dispergam, quoniam omnibus indignationibus sacramenta mea foedavistis, abiiciam te neque unquam tui miserebor“. - Malachia haec Domini vaticinatus est: „iam mihi displicetis; quia ab oriente ad occasum nomen meum inter populos laudibus effertur, unicuique loco nomini meo thura et pura sacra proferuntur, magnum est enim nomen meum inter populos; hanc ob causam vos dedecori faciam et vagantes reddam per omnes populos“. magnus vero Isaia dixit: Dominus ita locutus est: „manum meam in te prosternam, delebo te et dissipabo neque unquam reducam“: hic idem iterum dixit: „vestri dies festi mihi exosi sunt et initia mensium vestrorum odi, sabatum vestrum non accipiam“. Amos propheta dixit: audiatis verba Domini; „fletum in vos dimittam, Israelis gens collapsa est neque unquam resurget“. - Malachia dixit: Dominus haec dicit: „mittam in vos excommunicationem, exsecrabor et delebo benedictionem vestram, neque unquam inter vos futura est.“ — Atque multa de eorum relegatione vaticinati sunt:

26 Praeterea Deus hos prophetas de aliis quoque populis in eorum locum vocandis vaticinari iussit: Isaia advocare coepit haec dicens: „lex a me prodibit et iudicium totius mundi populis, veritas mea cito adpropinquatur, divulgabitur veluti lux salus mea et dextra mea populi confisi erunt“. - Ieremia dixit: Dominus haec dicit: „Iudaeorum genti novum testamentum dabo et leges, quas intellegat, cordibus eorum inscribam, ero Deus eorum et ii meus populus“; - Isaia dixit: „res antiquae praeterierunt, at novae, quas indico, antequam indicabantur, aperta vobis erant; Deo novum carmen canite; me colentibus novum nomen meum indictum erit, quod per totum mundum benedicetur; domus mea ab omnibus populis precum domus appellabitur“, idem Isaia dicit: „Dominus dextram suam coram omnibus populis aperiet atque omnes terrarum fines salutem Dei nostri videbunt“.— David haec: „laudate Dominum omnes populi, extollite eum omnes homines“. itaque cum Deus novos homines adamasset, pollicitus est eis sese ad eos venturum, hominibus se in corpore oblaturum et Adami erroris causa se passurum esse.

27 Tum David primus de incarnatione divina haec dicens vaticinatus est: dixit Dominus Domino meo: „considas ad dextram meam, donec hostes tuos sub pedibus tuis prosternam“; et iterum: dixit mihi Dominus: „tu es filius meus, ego te hodie genui“.- Isaia vero dixit: „neque legatus, neque nuntius, sed ipse Deus degressus nos servabit“; atque iterum: „infans nobis nascetur, cui imperium in humeris eius fuit, eiusque nomen magnum angelorum consilium appellabitur, magna eius potestas, nullus eius mundi finis“; et iterum: „ecce virgo in ventre concipiet et gignet filium, cui nomen dabunt Emmanuel“.-Micheus haec dixit: „tu Bethlehem, domus Ephranti, etiamsi parva es inter millenos Iudaeos, ex te mihi prodibit, qui principibus Israelitanis praeerit et cuius nativitas a diebus aeternis est; hanc ob causam liberabit eos usque ad tempus, quo mater progignet, relliqui vero fratres eius in Israelis filios se convertent“.-Ieremia dixit: „ecce Deus noster, neque alius quisquam ei par erit; invenit omnes vias artium, quas Iacobo, servo suo, tradidit; quibus perfectis in terra apparuit et cum hominibus vixit“; et iterum: „homo est; quis scit, eum esse Deum? ut homo morti succumbit“.— Zacharia dixit; „filio meo non oboediverunt, idcirco eos non exaudiam, dixit Dominus“; - Osia dixit: Dominus ita locutus est;

28 „corpus meum ab iis“. — Etiam perpessiones eius praedixerunt
dicentes, sicuti Isaia locutus est: „animae eorum malis affi-
ciuntur, quoniam mala consilia inierunt dicentes: *vinciamus
iustum*“. hic iterum dixit: Dominus ita fatur: „ego non ero con-
trarius, neque res contrarias dico, dorsum meum in vulnera
dedi et genas meas in alapas, neque faciem meam a con-
spuendi dedecore averti“. - Ieremia dixit: „convenite, impona-
mus arborem in panem eius, tollamus vitam eius ex terra“,- Moyses
dixit de crucifixione eius: „videbitis vitam vestram prae oculis
vestris pendentem“. - David dixit: „quam ob causam fre-
mebant populi?“ — Isaia dixit: „veluti agnus ad transfigendum
ductus est“. Esdra dixit: „benedictus Deus manibus suis passis
29 Hierosolyma servavit“. — Atque de resurrectione praedixerunt,
ut David: „resurge Deus, iudica terram, tu enim omnes terras
hereditavisti“; et iterum: „resurrexit Dominus veluti ex somno“:
deinde haec: „resurgat Deus et dissipentur inimici eius“; denique
haec: „O Deus, mi Domine, resurge et manus tua evehitor“.
Isaia dixit: „qui descenditis in fines et in tenebras mortis, lux
in vos illucescet“; Zacharia ita: „atque Tu ex sanguine testa-
menti tui liberavisti captivos tuos fossa, quae aqua caret“. —
Praeterea multa alia de eo vaticinati sunt, quae omnia evenerunt.
30 Tum vero Vladimir dixit: „quo tempore haec omnia eve-
nerunt? numne certo haec acciderunt, aut nunc demum evenient?“
hic vero ei respondens dixit: „iam antea omnia evenerunt, postquam
Deus incarnatus est; dixi enim iam antea, quia Iudaei prophetas
suos trucidaverant, imperatores eorum leges transgressi erant,
dissipandos eos dedit, ac delictorum causa in Assyriam in ser-
vitutem ducti sunt ibique septuaginta annos servierunt; post
haec in terram suam reversi imperatorem non habuerunt, sed
summi sacerdotes iis praeerant usque ad Herodem alienigenam, qui
31 iis imperavit“; — eo imperante anno 5500. Gabriel missus erat
Nazarethum ad Mariam Virginem, e Davidis gente, qui ei dice-
ret; „laetare beata, dominus tecum“; ex quo verbo Verbum divi-
num in ventre concepit filiumque genuit, cui nomen Jesus de-
dit; tum vero magi ex oriente advenerunt dicentes: „ubi est
Iudaeorum imperator, qui natus est? vidimus enim stellam eius
in oriente, eum igitur adoraturi venimus“. qua re audita attoni-
tus est Herodes imperator et cum eo universa Hierosolyma;
itaque advocavit scribas et senes populi eosque interrogavit: „ubi

Christus natus est?“ hi responderunt: „Bethleheme iudaico“;
quibus auditis Herodes misit et praecepit: „infantes binos annos
natos necate“; isti ierunt et infantes necaverunt. Maria autem
perterrita infantem abscondidit; deinde Iosephus cum Maria in-
fante recepto Aegyptum fugit, ubi ad mortem Herodis mansit;
Aegypti vero angelus Iosepho se aperuit dicens: „surge, sume
infantem eiusque matrem teque in Israelitarum terram confer“. —
32 cum venisset, Nazarethi consedit; cum adolevisset et ad triginta
annos processisset, fecit miracula, praedixit imperium coeleste,
elegit duodecim viros, quos discipulos suos appellavit; atque haec
permagna miracula perfecit: mortuos resurrexit, lepra adfectos
sanavit, claudos fecit ambulantes, caecos videntes, aliaque per-
magna miracula, ut prophetae de eo praedixerunt dicentes: „hic
morbos nostros sanavit doloresque sustulit“. atque in Ior-
dane baptisatus est ab Ioanne novisque hominibus renovatio-
nem monstravit; quo baptisato portae coeli se aperuerunt et Spi-
ritus columbae instar in eum descendens et vox dicens: „hic est
filius meus carissimus mihique amantissimus“; misit discipulos
suos praedicere imperium coeleste et poenitentiam in peccatorum
remissionem. vaticinia expleturus divulgare coepit filium humanum
33 necesse esse pati, cruci affigi et die tertia resurgere. — ei in ecclesia
docenti invidebant summi sacerdotes et scribae eumque interficere
cupientes comprehenderunt et ad Pilatum ducem duxerunt. Pilatus
vero certior factus hunc sine culpa adductum esse, liberare eum
voluit; sed hi dixerunt: „si eum liberabis, imperatori amicus non
eris“; itaque Pilatus eum cruci affigere praecepit; hi igitur Iesum
comprehenderunt, in Calvariam duxerunt ibique cruci affixerunt;
tum tenebrae obortae sunt per totum orbem terrarum a sexta hora
ad nonam, hora autem nona Iesus animam efflavit; aulaeum eccle-
siae in duas partes discerptum est, permulti mortui resurrexe-
runt, quos in paradisum ire iussit; de cruce demptum in sepulcro
composuerunt; homines Iudaici sepulcrum sigillis sigillaverunt custo-
34 desque constituerunt, ne discipuli eius eum furarentur. - is vero tertio
die de mortuis resurrexit et discipulis suis sese obtulit; cum resurre-
xisset, dixit: „ite ad omnes populos, et docete omnes terras bapti-
santes eas in nomine Patris et Filii et sancti Spiritus“. post re-
surrectionem cum iis versans quadraginta dies moratus est: ex-
pletis quadraginta diebus, montem Eleonicum eos ascendere iussit
ibique eis sese aperuit et benedicens eis haec locutus est: „con-

sedite Hierosolymis, donec promissa patris mei mittam"; quibus dictis in coelum elatus est; illi autem eum venerati Hierosolyma reversi sunt et semper in ecclesia fuerunt. quinquaginta diebus prolapsis Spiritus sanctus in apostolos descendit; donis sancti Spiritus acceptis per totum mundum digressi sunt docentes et aqua baptisantes".

35 Tum vero Vladimir dixit: „quam ob causam femina natus et arbori affixus et aqua baptisatus est?" iste ei respondit: „hanc ob causam, quia antiquitus genus humanum per feminam peccavit, diabolus per Evam Adamum decepit, qui paradiso expulsus est; idcirco Deus quoque diabolum ultus est, per feminam diabolus primum devictus est, nam feminae causa paradiso expulsus est; Deus a femina incarnatus fideles paradisum intrare iussit; arbori autem propterea affixus est, quod arbore gustata paradiso expulsus est; Deus cruciatum in arbore suscepit, ut diabolus arbore devincatur et ex arbore iusti vitam accipiant. ex aqua vero renovatio, quoniam sub Noe vitiis inter homines auctis Deus in terram diluviem misit et homines aqua submersit; hanc ob causam dixit Deus: ***quoniam peccatorum causa homines aqua delevi, hodie renovatione aquae peccata hominum purificabo***, nam genus Judaicum a malis moribus Aegyptiorum in mari purgatum est, quia aqua principitus initium erat, dixit enim: spiritus divinus supra aquam ferebatur, veluti nunc aqua et spiritu baptisantur. prior transmutatio aqua perfecta est, veluti Gedeon eam accommodavit; cum angelus ad eum veniret eumque Madianites aggredi iuberet, ille Deum temptans vellus in area posuit dixitque: ***utrum in tota terra ros erit et in vellere siccitas***, id, quod etiam factum est; hoc autem significabat, alienigenas antea fuisse continentem, Hebraeos rorem, postea in externis fuisse rorem, quod significat baptisationem, in Judaeis siccitatem.-

36 Praeterea prophetae per aquam renovationem fore praedixerunt; cum vero apostoli per universum mundum Deum colere instituerent eorumque doctrinam nos Graeci acciperemus, universus mundus eorum doctrinam profitetur. unam autem diem Deus constituit, qua coelo degressus vivos et mortuos iudicabit atque unicuique secundum facta eius donabit, iustis imperium coeleste et pulchritudinem ineffabilem, laetitiam infinitam et vitam aeternam, peccatoribus vero cruciatum igneum aeternamque sollicitationem, neque unquam cruciatus finietur; talibus afficietur

cruciatibus is, qui in Deum nostrum Jesum Christum non credit: excruciabitur igni, qui non baptisatur."

37 Hac oratione finita claustrum Vladimiro ostendit, in quo iudicium Domini descriptum erat, ostendens ei ad dextram homines probos in paradisum cum laetitia progredientes, ad sinistram peccatores euntes in cruciatus.

Tum Vladimir ingemiscens dixit: „bene se habent, qui sunt ad dextram, male, qui ad sinistram"; iste autem dixit: „si vis stare ad dextram cum probis, te baptisare"; quae Vladimir in corde imponens dixit: „paulisper exspectabo"; voluit enim omnes confessiones exquirere.

Postremum Vladimir cum multis donis et magno honore eum dimisit.

Caput 41. Anno 6495. Vladimir optimates suos ac maiores natu convocavit eisque dixit: „Bolgari ad me venerunt dicentes: *accipe religionem nostram;* deinde venerunt Germani, qui religionem suam laudabant; post eos venerunt Iudaei, denique venerunt Graeci, vituperantes unamquamque religionem, suam autem laudantes, multaque ab initio mundi narrantes, de creatione totius mundi locuti sunt; narrandi vero periti sunt et mirabiles auditu, unicuique iucundum est eos audire, alterumque mundum esse dicunt. *si qui*, dicunt, *nostram religionem accipit,*
2 *etiamsi mortuus erit, resurget, neque unquam in aeternum morietur; sin vero aliam religionem accipiet, in altero mundo igni uretur:* quid igitur consilii capitis? quid respondetis"? — tum optimates et maiores natu dixerunt: „notum tibi est, princeps, neminem sua vituperare, sed laudare; si bene exquirere vis, viros apud te habes; quibus missis uniuscuiusque ritum quoque modo quivis Deum veneretur, exquiras". hoc responsum placuit principi omnique populo; decem igitur viri probi et prudentes electi sunt iique primum ad Bulgaros ire, eorum religionem et cultum inquirere iussi sunt"; qui profecti, cum polluta facinora ac cerimonias in delubris vidissent, in patriam suam reversi sunt. tum Vladimir iis dixit: nunc ad Germanos proficiscimini, eodem modo intuemini, abinde ad Graecos ite". ad Germanos profecti eorumque cultum ecclesiasticum contemplati, Constantinopolim se con-
3 tulerunt atque ad imperatorem adierunt; — imperator ex iis quaesivit, cuius rei causa venissent: hi ei omnia quae facta sunt narraverunt. quibus auditis imperator, magnopere gavisus, magnis

honoribus hoc die eos affecit. postero die ad patriarcham misit dicens: „Russi religionem nostram exquisituri venerunt: iube igitur ornare ecclesiam et clerum, atque ipse vestes magnificas indue, ut gloriam Dei nostri videant“. quibus auditis patriarcha clerum convocare iussit: postea uti fas erat diem festum celebraverunt, thura incenderunt, cantus et choros instituerunt. deinde cum iis in ecclesiam ivit, eos in loco amplo collocavit, ostendens magnificentiam ecclesiae, cantus et ministeria pontificis, adstantes diaconos, explicavit iis cultum sui Dei: qua re illi attoniti cultum eorum admirantes laudaverunt. tum imperatores Basilius et Constantinus eos ad se invitaverunt et dixerunt: „abeatis in patriam vestram“; atque eos cum magnis donis et cum honore
4 dimiserunt. - qui cum domum reversi essent, Vladimir princeps optimates suos et natu maiores convocavit, et dixit: „reversi sunt viri a nobis missi; audiamus, quae facta sunt“: addiditque: „narrate coram sociis“. ii dixerunt; „ad Bolgaros profecti videbamus, quomodo in templis, id est in delubris, non accincti stantes orent; adoratione perfecta consident, hic et illic circumspectant sicuti a daemone obsessi; neque laetitia apud eos reperitur, sed moeror et magnus foetor: religio eorum haud bona est: ad Germanos profecti multos in templis cultus exigentes videbamus, sed nullam pulchritudinem conspiciebamus; cum ad Graecos veniremus, nos duxerunt, ubi Deum suum venerantur: neque scimus, utrum in coelo an in terra fuerimus; in terra enim neque talis aspectus, neque pulchritudo talis reperitur; ac dicere non possumus, hoc tantum scimus, Deum illic cum hominibus versari eorumque cultum cultu omnium terrarum esse meliorem: non possumus enim oblivisci illius pulchritudinis, nam unusquisque homo re amoena
5 gustata, postea amaro non vescitur: itaque etiam nos hic non mansuri sumus“. — tum proceres respondentes dixerunt: „si Graecorum religio mala esset, Olga, avia tua, quae omnibus hominibus sapientior fuit, eam non accepisset“. et cum Vladimir interrogaret, ubi baptismum acciperent, responderunt: „ubi tibi gratum est“.

Caput 42. Atque finita aestate a. 6496. Vladimir cum exercitu Chersonesum, Graecorum oppidum, aggressus est: Chersonenses in oppido se incluserunt; Vladimir citra oppidum in portu stabat, remotus ab oppido unius teli ictum; sed ex oppido fortiter pugnatum est; Vladimir autem oppidum obsedit; quia oppidi inco-

lae aegrotabant, Vladimir oppidanis dixit: „si se non dedetis,
etiam tres annos obsessurus sum“; sed ii non oboediverunt. tum
Vladimir milites disposuit eosque vallum ad oppidum struere
iussit; his vallum struentibus, Chersonenses murum oppidi sub-
fodientes atque humum sparsam furantes eam ad se portabant
medioque oppido conspergebant; milites vero plura consper-
2 gebant Vladimiro adstante. — tum Anastasius, incola Chersonen-
sis, telum misit, in quo haec conscripsit: „puteum, qui orientem
versus post te reperitur et ex quo tubis aqua ducitur, trans-
fode ac percipe“; quibus compertis Vladimir coelum adspiciens di-
xit: „si hoc eveniet, ipse quoque baptisabor“. deinde in transver-
sum tubarum fodere iussit et aquam intercepit; incolae aquae
3 inopia et siti afflicti sese dediderunt; — Vladimir cum manu sua
oppidum ingressus ad Basilium et Constantinum misit, haec
dicens: „celebri oppido vestro expugnato certior fio vos habere
sororem virginem; nisi eam mihi in matrimonium dederitis, oppi-
dum vestrum tractabo, veluti hoc tractavi“; quibus auditis impe-
ratores afflicti sunt nuntiumque miserunt, qui haec diceret: „Chri-
stianis non decet nubere paganis neque cum iis matrimonium inire;
si te baptisaris, et hoc accipies et imperium coeleste adipisceris
et nobiscum unius religionis eris; si vero haec facere nolueris, soro-
rem nostram uxorem tibi dare non possumus“. quibus auditis Vla-
dimir imperatorum legatis haec dixit: imperatoribus haec dicite:
„me baptisabor, nam instituta vestra iam antea expertus sum;
grata mihi est religio vestra et cultus, prout viri a nobis missi
mihi explicuerunt“. quibus auditis imperatores gavisi sunt soro-
remque suam, Annam nomine, precibus moverunt et ad Vladimi-
rum nuntium miserunt, qui diceret: „baptisare te: tum quoque
sororem nostram ad te mittemus“; Vladimir respondit: „ve-
niant cum sorore vestra, qui me baptisent“. atque imperatores
oboediverunt ac sororem suam et quosdam ministros cum presby-
teris miserunt. sed illa ire nolebat seque potius in captivitatem
ire affirmabat, dicens: „malim hic mori“; tum fratres ei dixe-
runt: „utinam Deus per te russicum populum in poenitentiam
convertat; graecum populum vehementi bello liberabis; nonne
vides, quibus malis Russi Graecos affecerint? hodie quoque, nisi
abieris, eadem nobis facient“; et vix eam coegerunt. illa autem
in navem degressa consanguineos suos osculata est lacrimans; de-
inde trans mare transvecta Chersonesum venit; cui Chersonen-

ses salutaturi obviam ierunt, eam in oppidum induxerunt atque in aedibus collocaverunt.

4 Divino consilio Vladimir hoc tempore ex oculis laborabat et caecus factus magno moerore affligebatur; tum imperatrix ad eum misit dicens: „si hoc dolore liberatus esse vis, quam celerrime te baptisare; si non, eo non liberaberis“; quibus auditis Vladimir dixit: „si haec vera erunt, profecto Christianorum deus magnus erit“; deinde se baptisare iussit. episcopus Chersonensis cum presbyteris imperatricis Vladimirum instruxit et baptisavit; cum vero manum imposuit, iterum prospexit; qua repentina sanatione intellecta Vladimir Deum laudibus extollens dixit: „nunc primum verum Deum expertus sum“. quae cum socii eius viderent, multi eorum baptisati sunt; baptisatus est in ecclesia sancti Basilii, quae ecclesia Chersonesi in medio oppido reperitur, ubi Chersonenses mercaturam peragunt; Vladimiri palatium iuxta ecclesiam usque ad hunc diem exstat, imperatricis palatium post altare. baptismo confecto imperatricem ad sollemnes nuptias duxit. qui huius rei minus periti sunt, eum Kioviae baptisatum esse
5 dicunt, alii Vasileviae, alii aliter narrant. — Vladimirum baptisatum in Christianorum religione instituerunt haec dicentes: „ne te hereticorum quidam decipiant, sed crede haec dicens: *credo in unum Deum, patrem omnipotentem, creatorem coeli et terrae*; atque ita totum hoc symbolum ad finem; deinceps: *credo in unum Deum, patrem non natum, et in unum Filium natum et in unum sanctum Spiritum progenitum; tres personas perfectissimas et prudentissimas, numero et personalitate, neque vero divinitate dividendas*: nam dividitur indivisus et commiscetur non commixtus: Pater enim in aeternum existens permanet in patrinitate, innatus, infinitus, initium et causa omnibus, solum propterea quod non natus est filio et spiritu natu maior est; ex eo ante omnia saecula Filius nascitur, Spiritus sanctus autem sine tempore et sine corpore descendit, una Pater, una Filius, una Spiritus sanctus est. — Filius eiusdem essentiae est cuius Pater, tantum nativitate Patre et Spiritu differtur; Spiritus sanctissimus est, eiusdem essentiae cuius Pater et Filius et semper existit: Patri enim paternitas, Filio filiatio, Spiritui sancto descensio inhaeret; Pater neque in Filium neque in Spiritum transgreditur, neque Filius in Patrem vel in Spiritum, neque Spiritus in Filium vel in Patrem, nam qualitates hae immobiles sunt; haudquaquam tres Dei, at unus

Deus, nam una divinitas in tribus personis. ex voluntate enim Patris et Spiritus opus suum conservaturus e Patris sinu, quem nunquam reliquit, degressus atque in Virginis sinum purissimum, prout semen divinum ingressus, accepta carne animata, simul corporea et spirituali, quae antea non erat, devenit Deus incarnatus, natus est modo ineffabili, servata Matris virginitate intacta; neque confusione, neque disiunctione, neque permutatione quidquam perpessus est, sed mansit quod fuit, fuit quod non fuerat, accepta servi specie veritate non imaginatione in omnibus praeter peccatum nostri similis factus est; voluntate enim natus est, voluntate esurivit, voluntate sitivit, voluntate laboravit, voluntate pertimuit, voluntate mortuus est, veritate non imaginatione: quae omnia sunt verae, non suspectae perpessiones humanae. cruci affixus mortem gustavit peccati expers, resurrexit in sua carne, corruptionem non expertus coelum ascendit et ad dextram Patris consedit; redibit autem cum gloria vivos et mortuos iudicaturus; sicuti cum sua carne escendit, ita etiam descendet. - praeterea unum baptismum aquae et spiritus confiteor, ad purissima sacramenta accedo, credo in verum corpus et sanguinem, accipio traditiones ecclesiae et venerabiles imagines vereor, veneror venerabilem arborem et unamquamque crucem, sanctas relliquias et
6 sancta vasa. - credo in septem concilia sanctorum patrum, in quorum primo Nicaeensi 318 patres, qui Arium exsecrati sunt, religionem incorruptam et rectam promulgaverunt. - alterum concilium Constantinopoli ex 150 patribus compositum, qui Macedonium, Spiritui repugnantem, exsecrati sunt et unam trinitatem promulgaverunt; - tertium concilium Ephesi ex 200 patribus contra Nestorium, quem exsecrati sanctam Dei Matrem promulgaverunt; - quartum concilium Chalcedone ex 630 sanctis patribus contra Eutychium et Dioscurum, quos sancti patres exsecrati Iesum Christum Dominum nostrum perfectum Deum et perfectum hominem pronuntiaverunt; — quintum concilium Constantinopoli ex 165 sanctis patribus contra Originis traditiones et contra Euagrium, quos sancti patres exsecrati sunt; — sextum concilium Constantinopoli ex 170 patribus in Sergium et Cirum, quos sancti patres exsecrati sunt; — septimum concilium Nicaeae ex 350 patribus, qui exsecrati sunt eos, qui imagines non
7 venerantur. — Noli accipere instituta a Latinis, quorum doctrina perversa est; ecclesiam enim ingressi imagines non adorant, sed

stantes inclinantur, quo facto crucem in terra describunt, deinde erecti in terra pedibus insistunt, procumbentes igitur osculantur, at erecti conculcant, id quod apostoli non tradiderunt; tradiderunt enim apostoli crucem positam osculari, atque imagines osculari tradiderunt. Lucas enim evangelista primus Romam misit epistolam, sicuti Basilius imagine primam faciem exprimi affirmat; terram quoque matrem dicunt, sed si terra eis mater est, coelum est eis pater, antiquitus enim Deus coelum et terram creavit; iam vero ita dicunt: *pater noster qui es in coelo*; si vero ex eorum mente terra est mater, quam ob causam in matrem suam conspuant? quare modo eam osculamini, modo inquinamini? haec Romani antea non faciebant, sed corrigebant in omnibus conci
8 liis Romae omnibusque sedibus coëuntes. — primo enim concilio quod erat Nicaeae contra Arium, Roma Silvester episcopos et presbyteros misit, Alexandria Athanasius, Constantinopoli Mitrophanus misit a se episcopos; ita religionem corrigebant; — altero concilio Roma Damasius, Alexandria Timotheus, Antiochia Meletius, Cyrilus hierosolimitanus, Gregorius theologus; — tertio concilio Coelestinus romanus, Cyrilus alexandrinus, Iuvenalis hierosolimitanus; - quarto concilio Leontius romanus, Anatolius constantinopolitanus, Iuvenalis hierosolimitanus; — quinto concilio Vigilius romanus, Eutychius constantinopolitanus, Apollinarius alexandrinus, Domenus antiochensis; — sexto concilio Roma Agathon, Georgius Constantinopoli, Theophanus Antiochia, Alexandria Petrus monachus; — septimo concilio Hadrianus Roma, Tarasius Constantinopoli, Politianus alexandrinus, Theodoretus antiochensis, Elias hierosolimitanus. hi omnes cum episcopis suis
9 coeuntes religionem emendabant. — post hoc concilium Petrus murmurans cum aliis Romam profectus throno direpto religionem eversit, destitit sede hierosolimitana et alexandrina et constantinopolitana et antiochensi; hi totam Italiam sollicitaverunt variam suam doctrinam serentes: alii enim sacerdotes una ducta uxore ministeria ministrant, alii ad septem uxores ducunt et ministrant; eorum igitur doctrina cavenda est; peccata solvunt donis ducti, quod omni re peius est.

Deus te ab hisce rebus conservet."

Caput 43. Vladimir postea imperatricem et Anastasium et sacerdotes chersonenses cum relliquiis sancti Clementis et Thebi, eius discipuli, secum duxit, sumptis etiam vasibus ecclesiasticis

et imaginibus benedictioni suae. ecclesiam Chersonesi in monte
aedificavit, ubi in medio oppido terram furantes aggerem con-
sperserunt, quae ecclesia ad hodiernum diem exstat. abiturus duo
etiam idola ahenea et quattuor equos aheneos abstulit, qui nunc
post tergum sanctae Matris stant, quos imperiti marmoreos esse
putant. — imperatricis causa Chersonesum Graecis dotem reddi-
2 dit, ipse Kioviam rediit. — reversus autem idola dirumpere ius-
sit, alia caedere alia igni dare; Perunum autem ad equi caudam
adligare et de monte secundum Boriczev in fluvium detrahere
iussit, duodecim viris eum baculis caedere praecipiens, quae non ob
eam causam facere iussit, velutsi lignum sentiret, sed ut diabolo
irrideatur, qui hac specie homines destituebat, ut mercedem ab
hominibus acciperet; magnus es, Deus, mirifica sunt opera tua,
heri ab hominibus colebatur, hodie irridetur. cum secundum
fluvium in Danaprim traheretur, homines pagani deflebant eum,
quippe cum baptismum non accepissent; deinde adtractum in Da-
naprim deiecerunt; praeterea Vladimir homines constituit dicens:
„si alicubi adstiterit, eum a ripa detrudite, cum limina trans-
ierit, tum demum desistatis“; ii iussa eius perfecerunt; qui de-
trusus limina transiit et ventus eum in litus eiecit; exinde Pe-
runi Litus appellatur eoque nomine usque adhuc nominatur. —
3 postea Vladimir per totum oppidum misit dicens: „si qui cras
in fluvio non apparebit, sive dives sive pauper, sive inops sive
servus, mihi inimicus erit“. quibus auditis incolae cum laetitia conve-
niebant gaudentes et dicentes: „si haec iniusta essent, princeps et
optimates nostri ea non accepissent“. postero die Vladimir cum
sacerdotibus imperatricis et Chersonensibus ad Danaprim prodiit
et immensa multitudo hominum convenit; aquam ingressi alii
ad collum, alii ad pectora in aqua stabant, iuvenes prope ripam,
alii infantes tenentes, adulti in vadis stabant, sacerdotes vero stantes
preces peragebant. tum laetitia in coelo et in terra videri pote-
rat, cum tot animae servarentur, diabolus vero ingemiscens di-
cebat: „heu mihi, nam inde expulsus sum, ubi habitationem
habere putavi, hic enim apostolorum doctrinae desunt neque
deum agnoscunt, sed hisce gaudebant, quibus me venerabantur;
ecce a paganis victus sum et non ab apostolis neque a martiris,
idcirco in his regionibus non sum imperaturus“. Incolae baptisati
4 unusquisque domum suam se contulerunt. — Vladimir vero
gavisus est, quod ipse Deum agnovit et homines eius, coelum

contemplatus dixit; „Deus, qui coelum et terram creasti, adspice
hos novos homines eisque Domine Te verum Deum cognoscere
permittas, veluti Christianorum gentes cognoverunt; atque in iis
religionem iustam et immutabilem confirma meque Domine con-
tra vehementem inimicum adiuva, ut Te tuoque imperio fretus
5 artes eius convincam“. - haec fatus ecclesias designare easque
in locis, in quibus idola stabant, aedificare iussit: itaque condi-
dit ecclesiam sancti Basilii in colle, ubi Peruni idola aliaque sta-
bant, ubi princeps et incolae sacra faciebant; deinde per oppida ec-
clesias aedificare incepit et sacerdotes instituere, et incolas per omnia
oppida et pagos ad baptismum ducere. postea misit, qui ab homi-
nibus nobilibus infantes abducerent eosque litteris instituere stu-
debat; matres autem infantes suos magnopere deflebant, nam in
religione firmatae non erant, itaque sicuti mortuos deflebant. —
6 qui cum in litterarum studia traditi essent, haec vaticinatio in
terra russica effecta est: „aliquando surdi librorum verba audient,
ac lingua murmurantium distincta fiet“; hi enim antea littera-
rum verbum non audiverant, sed ex consilio divino et ex volun-
tate sua Deus eorum miseritus est, veluti propheta dixit: „quorum
volam, eorum miserebor“. miseritus enim est eorum balneo re-
surrectionis et renovatione spiritus ex voluntate divina, non vero
ex factis nostris; benedictus est Dominus Iesus Christus, qui no-
vos homines, terram russicam amavit eamque sancto baptismo
illuminavit; hanc ob causam nos quoque coram eo proiicimur
dicentes: „Domine Iesu Christe, quae Tibi reddemus pro omnibus,
quae nobis data sunt, cum peccatores simus; non possumus se-
cundum dona tua donationes reddere, magnus enim es et mi-
rifica sunt dona tua, magnitudini tuae nullus reperitur finis,
gentes omnes opera tua laudabunt“. dico enim cum Da-
vide: „advenite, laetemur in Deo, exclamemus Deo et salva-
tori nostro, ingrediamur coram eo ad professionem, ei profi-
tentes, quia benignus est et quia misericordia eius aeterna est;
nam servavit nos a nostris inimicis, vanis idolis“; tum iterum
cum Davide dicamus: „canite Domino carmen novum, decantate
Deum omnes terrae, cantate Dominum, benedicite nomen eius,
praedicate unaquaque die salutem eius, nuntiate gloriam
eius inter gentes, inter omnes populos miracula eius, nam
magnus est Deus ac summopere laudandus neque magnitudo
7 eius finem habet“. — quanta est haec laetitia, nam non unus

neque duo servantur; Deus enim magnam laetitiam in coelo propter unum peccatorem, quem poenitet, esse dicit, ecce autem non unus vel alter, sed innumerabilis multitudo sancto baptismo illuminata ad Deum accessit. eodem modo etiam propheta dixit: „aspergam vos aqua pura et purgabimini ab idolis vestris et a peccatis vestris“; alter propheta ita dixit: „quis veluti Deus, qui peccata demit et vitia absolvit? quia misericordiae amans est, nos avertet et nostri miserebitur vitiaque nostra in profundo demerget“. dicit enim Paulus: „fratres, quotcunque nostrum in Iesum Christum baptisati sumus, in mortem eius baptisati sumus, atque cum hoc baptismo in mortem sepulti sumus, nam veluti Christus e mortuis gloria paterna resurrexit, eodem modo etiam nos in renovata vita abibimus“; tum deinceps: „antiqua praeterierunt et nova prodierunt: hodie salus ad nos accessit, nox obdormivit, dies apparuit, quo adducti sumus, ut hanc gratiam, qua gloriantes exsistamus, ac religionem invenerimus“; nunc vero peccatis liberati et Dei servi facti, mercedem vestram in sanctificatione habetis, hanc ob causam nos Deo servire eoque laetari necesse est; dixit enim David: „servite Domino trepidantes et laetamini pertimescentes“; nos vero canamus ad Dominum deum nostrum dicentes: „benedictus est Deus, qui dentibus istorum nos venari prohibuit: laqueo contrito ex fraude diabolica servati sumus, atque memoria eius cum strepitu periit, Deus vero in aeternum permanet, laudatus a gente russica, et celebratus in trinitate, at daemones exsecrantur viri religiosi et feminae piae, qui baptismum et poenitentiam inierunt ad solvenda peccata. atque ita novae gentes Christianae a Deo electae prodierunt, quoniam et Vladimir ipse illuminatus est et filii eius et populus eius.

8 Duodecim filii ei erant: Vischeslav, Iziaslav, Jaroslav, Sviatopolc, Vsevlad, Sviatoslav, Mstislav, Boris, Hlib, Stanislav, Pozvizd, Sudislav; Vischeslaum Novogradi collocavit, Iziaslavum Polockiae, Sviatopolcum Turoviae, Jaroslaum Rostoviae, Vischeslavo maiore natu Novogradi mortuo, Jaroslaum Novogradi collocavit, Borisum Rostoviae, Hlibum Muromiae, Sviatoslaum Dreviae, Vsevladum
9 Vladimiriae, Mstislaum Tmutorocaniae. — postea dixit Vladimir: „non est iustum, quod tam pauca oppida circum Kioviam sunt“; quare oppida secundum Desnam, Ostram, Trubegiam, Sulam, Stugnama edificare et viros honestiores e Slovenis, Krivitiis, Tiudiis, Viaticis compellere coepit; ex his colonos in oppida deduxit, erat

enim bellum cum Pecenegis, quibuscum pugnabat et quos superavit.

Caput 44. Anno 6497. Post haec Vladimir in Christianorum religione vivebat et consilium cepit condendae ecclesiae sanctissimae Matris Dei: idcirco misit, qui advocarent artifices e Graecis atque aedificare coepit; cum finiret, veluti inceperat, ornavit eam imaginibus et Anastasio Chersonensi tradidit et sacerdotes chersonenses ministros in ea instituit, redditis illuc omnibus, quae Chersonesi ceperat, imaginibus et vasibus et crucibus.

Anno 6498.; a. 6499.: a. 6500. Vladimir oppidum Bielgrad condidit atque eodem homines ex aliis oppidis convocavit; permultos homines ibi deduxit, nam oppidum hoc amabat.

Caput 45. Anno 6501. Vladimir contra Chorvatos profectus est; cum e bello chorvatico reversus esset, Pecenegi ex altera Sulae ripa venerunt; Vladimir contra eos profectus in Trubegiae vado, ubi nunc Pereiaslav oppidum situm est, eis obvius fit; Vladimir in hac ripa constitit, Pecenegi in altera, sed neque hi in istam ne-
2 que illi in hanc ripam transgredi ausi sunt. — tum princeps pecenegicus ad ripam equo advectus Vladimirum invitavit et dixit: „tu tuum virum mittas, ego meum, ut pugnent; si tuus vir meum vincet, per tres annos non bellabimus; sin vero noster vir vestrum vincet, per tres annos tecum bellum geram“; postea unusquisque in suam partem abiit. deinde Vladimir in castra reversus praecones per castra misit, qui dicerent: „nonne hic invenitur vir, qui cum Pecenego duello decertaret“? sed nusquam repertus est; postero die Pecenegi adequitaverunt suumque virum adduxerunt; at apud nostros nemo reperiebatur; qua re Vladimir
3 aflictus ad omnes milites misit; — tum vero quidam senex ad principem venit eique dixit: „o princeps, est apud me domi filius natu minor, cum quatuor enim huc profectus sum, iste domi mansit; a pueritia nemo repertus est, qui eum vicerit; cum semel eum obiurgarem, dum iste pelles perficeret, in me succensus manibus suis corium discerpsit'. quibus auditis princeps gavisus est atque illum advocare iussit; cum ad principem adduceretur, princeps ei omnia narravit: iste vero respondit: „nescio princeps, numne cum eo contendere possim, sed velint me temptare: numne invenitur magnus et robustus taurus ? taurum magnum et robustum invenerunt, quem irritare iussit; ferrum igitur ardens in taurum imposuerunt; cum taurus praeter eum curreret, iste tauri

latus corripuit atque tantum pellis cum carne decerpsit, quantum manus eius comprehendit; tum Vladimir eum cum illo contendere posse affirmavit. postero die Pecenegi suum virum adducentes venerunt et interrogaverunt, numne vir inveniatur? Vladimir noctu milites arma induere iussit; utraque pars convenit; Pecenegi emiserunt suum virum, qui erat permagnus et horrendus; etiam Vladimiri vir progressus est, cui Pecenegus, cum eum videret, irridebat, nam mediocris staturae erat; spatio inter ambos exercitus dimenso utrumque in se promiserunt, qui secum congressi acriter contenderunt; at Pecenegum manibus suffocavit eumque mortuum in terram proiecit; clamore sublato Pecenegi fugam dederunt, sed Russi eos persecuti caeciderunt et propulsaverunt. — qua re Vladimir gavisus oppidum in hoc vado condidit idque Pereiaslav appellavit, quia servus iste gloriam ibi detulit; Vladimir eum eiusque patrem viros magnos fecit. postea Vladimir Kioviam magna cum victoria magnaque gloria reversus est.

4 Anno 6502.; a. 6503.; a. 6504. Vladimir ecclesiam finitam intuitus in eamque ingressus Deum hisce precatus est: „Domine mi Deus, velis despicere coelo et visitare hanc vineam et conficere, quae tua dextra consevit, ut homines novi, quorum cor in mentem vertisti, te verum Deum cognoscant; aspice hanc tuam ecclesiam, quam indignus servus tuus in nomen Matris tuae, aeternae virginis, Matris Dei, quae te genuit, aedificavi: si qui in hac ecclesia preces peraget, exaudi precem eius precis purissimae Matris Dei causa“. — ita precatus haec dixit: „huic ecclesiae sanctae Matris Dei do decimam partem divitiarum mearum et oppidorum meorum“; praeterea maledictionem conscripsit eamque in hac ecclesia deposuit dicens: „si qui ex eo mutuum fecerit, exsecrandus esto“. postea Anastasio Chersonensi decimam partem tradidit eoque die magnum festum suis optimatibus senibusque populi fecit, ac pauperibus magnas opes distribuit.

5 Postea Pecenegi Vasileviam venerunt, quibus Vladimir cum parva manu obviam iit; sed cum iis congressus resistere non potuit, procurrit et sub ponte stetit, vixdum ab hostibus absconditus; tum Vladimir sese Vasileviae ecclesiam sanctae Transfigurationis aedificaturum esse pollicitus est; hoc enim die, quo pugna decertabatur, transfiguratio Domini fuit. hoste devicto Vladimir ecclesiam condidit magnumque festum celebravit decoctis trecentis coctionibus mellis, convocavit suos optimates et duces et senes omnium

oppidorum et multos homines, et pauperibus trecentas grivnas dona-
vit; festis per octo dies celebratis Kioviam Obdormitione sanctae
Matris Dei reversus, ibi iterum magnum festum celebravit innume-
rabili multitudine populi convocata. quae cum homines Christiani
viderent, animo et corpore laetabantur; haec eadem unoquoque
6 anno faciebat. — namque erat amans doctrinarum, aliquando enim
audivit in evangelio ita legi: „beati sunt misericordes, nam ipsi
misericordia afficientur“; deinde: „vendite divitias vestras et donate
pauperibus“; praeterea haec: „nolite abscondere vobis divitias in
terra, ubi tineae eas corrumpunt et fures furantur, sed abscon-
dite vobis divitias in coelo, ubi neque tineae corrumpunt neque
fures furantur“; praeterea Davidem dicentem: „beatus vir, quem
miseret et qui dat“; Solomonis vero haec dicta audivit: „qui
pauperi dat, Deo in mutuum dat“. quibus auditis unumquemque
inopem et pauperem in principis aulam venire et non solum quae
iis ad bibendum et edendum necessaria erant, sed etiam ex ae-
rario pelles, quae dicuntur cunae, sumere iussit. quibus consti-
tutis dixit: „quia infirmi et debiles in aulam meam rependo
pervenire non possunt, curros instruere iisque panem, car-
nem, pisces, varia poma, mel in doliis, in aliis fermenta
imponere et per oppida portare atque infirmos et inopes, qui ire
non possent, quaerere praecepit, quibus pro necessitate distribue-
rent. viris autem suis haec facere solebat: unaquaque hebdomade
in aula aedium convivium parare constituit, in quod optimates
et satellites et centuriones et decumani aliique viri insignes sive
praesente sive absente principe invitabantur; erat magna copia
carnis pecuariae et ferinae omniumque rerum abundantia; tum
vero inebriati coeperunt principi conviciari dicentes: „capita
nostra male tractantur, quippe cum ligneis cochlearibus non vero
aureis edamus“. quibus auditis Vladimir aurea cochlearia, ut iis
socii edant, cudere praecepit haec dicens: „auro et argento so-
cios non acquiram, sed sociis acquiram argentum et aurum, ve-
luti avus meus et pater meus sociis aurum et argentum acquisive-
7 runt. — Vladimir sociorum amantissimus erat et cum iis de
administranda provincia, de bellis et legibus paternis consultabat;
praeterea cum finitimis principibus in pace vivere consuevit,
cum Boleslao lachico et Stephano hungarico et cum Udalrico
bohemico, quare pax et amor inter eos erat. Vladimir in ti-
more Dei vivebat, sed cum latrones augerentur, episcopi Vladi-

miro dixerunt: „latronum numerus auctus est; quam ob rem eos non punis“? ille iis respondit: „timeo peccatum“; isti vero ei dixerunt: „quia a Deo in poenam malorum et in amorem bonorum institutus es, te latrones criminis coargutos punire decet“; propterea Vladimir poena, quae dicitur vira, sublata, latrones punivit. tum episcopi et maiores natu dixerunt: „quoniam multa bella sunt; idcirco vira ex armis et equis redeat“; Vladimir dixit: „haec fiant“.

Vladimir secundum instituta patris et avi vivebat.

Caput 46. Anno 6505. Vladimir Novogradum profectus est, unde equitatum in Pecenegos sumeret, nam cum Pecenegis vehemens et continuum bellum gerebatur. eodem tempore Pecenegi principem abesse certiores facti, venerunt et Bielgradum obsederunt; neque oppido exire permiserunt, qua de causa magna fames in oppido exorta est; sed Vladimir auxilium ferre non potuit, nam militibus carebat, Pecenegorum autem magna multitudo aderat: obsidio oppidi durabat et fames magna erat et concilio convocato in oppido dixerunt: „morimur fame. verumtamen auxilium principis deest; numne melius est mori? vel potius tradamus nos Pecenegis, qui alios vivos relinquent, alios interficient; iam
2 vero fame morimur“; hoc consilium inierunt. — sed senex quidam, qui concilii non erat particeps, interrogavit, cuius rei causa concilium fuerit; responsum ei est, cives crastino die sese Pecenegis tradere velle; quibus auditis senatores oppidi convocavit eisque dixit: „cives Pecenegis se tradituros esse audivi“: hi responderunt, oppidanos famem non esse perpessuros; tum iis dixit: „exaudite me, nolite vos tres dies tradere ac perficite, quae vobis praecipio“; hi gavisi sese ei obtemperaturos esse polliciti sunt; tum iis dixit: „colligite modium avenae aut tritici aut furfuris“; haec isti libenter congesserunt. deinde feminas liquorem praeparare iussit, ex quo atrum ius coquitur; tum puteum effodere, ibi cadum collocare eumque totum liquore implere iussit; alterum quoque puteum effodere iussit et in eum cadum ponere. postea mel quaerere iussit; hi abierunt et mellis congium attulerunt, in cella principis conditum: quod deinde iussit diffundere et in cadum alterius putei infundere; — mane Pecenegos advocare iussit et
3 oppidani ad Pecenegos profecti dixerunt: „obsides nostros accipite, vestri autem viri decem in oppidum se conferant, ut intellegatis, quae in oppido nostro fiant“; Pecenegi igitur gaudio affi-

ciebantur putantes illos sese tradituros esse; acceperunt eorum obsides, ipsi autem decem viros praestantiores electos in oppidum miserunt, ut perspiciant, quae in oppido fiant. cum in oppidum venirent, oppidani dixerunt: „quam ob rem in discrimen itis, quando nos superare poteritis? licet decem annos steteritis, quid nobis facietis? habemus nutrimenta a terra; si non creditis, propriis oculis adspicite"; postea adduxerunt eos ad puteum, liquore impletum, et urna hauriebant et in ollas effundebant; atro iure decocto cum iis ad alterum puteum venerunt et mel diffusum hauriebant ipsique primi edere coeperunt, postea Pecenegi, qui admirantes dixerunt: „principes nostri fidem non dabunt, nisi ipsi edant". oppidani liquorem et mel e puteo in congium infuderunt et Pecenegis dederunt; reversi narraverunt omnia, quae facta sunt. tum principes Pecenegici coxerunt et admirati sunt; obsidibus suis receptis istorum obsides liberaverunt, ab oppido destiterunt et in patriam reversi sunt.

Caput 47. Anno 6506.; a. 6507.; a 6508. Malfrida mortua est; eodem anno mortua est etiam Rognida, Jaroslai Mater.

Anno 6509. mortuus est Isiaslav, pater Briaceslai, filius Vladimiri.

Anno 6510.; a. 6511. mortuus est Vseslav, filius Isiaslavi, nepos Vladimiri.

Anno 6512.; a. 6513.; a. 7514.: a. 6515. viri Sancti in ecclesiam sanctae Matris Dei translati sunt.

Anno 6516.; a. 6517.; a. 6518.; a. 6519. mortua est imperatrix Anna Vladimiri.

Anno 6520.; a. 6521.; a. 6522. cum Jaroslav Novgorodi esset, vectigal duarum millium grivnarum quotannis Kioviam solvebat, mille grivnas Novgoradi satellitibus distribuit, tantum etiam duces novogradenses dabant; sed patri suo Jaroslav hoc vectigal non pendebat; propterea Vladimir viam patefacere et pontem struere praecepit, nam contra Jaroslaum, filium suum proficisci voluit; sed interea morbo implicitus est.

2 Anno 6523. cum Vladimir in Jaroslaum proficisci vellet, Jaroslav, patrem suum timens, trans mare misit et Variagos conduxit; sed Deus laetitiam diabolo non permisit; nam eodem tempore, quo Vladimir morbo implicabatur, apud eum Boris morabatur; itaque Pecenegis Russiam aggredientibus Borisum obviam misit, ipse enim valde dolebat eoque dolore quindecimo mensis

Iulii Berestoviae vitam finivit; sed mortem eius celaverunt, nam
Sviatopolk Kioviae erat; itaque noctu pavimento inter duo con-
clavia dempto tapetibus involutum in terram funiculis demiserunt,
deinde in traha positum avexerunt et in ecclesia sanctae Ma-
tris Dei, quam ipse condiderat, composuerunt; de qua re incolae
certiores facti innumerabili multitudine convenerunt eumque de-
fleverunt, proceres propugnatorem eorum terrae, pauperes suum
nutritorem: deinde in arcam marmoream composuerunt et flentes
beatum principem sepeliverunt. erat enim alter Constantinus ma-
gnae Romae, qui se ipsum suumque populum baptisavit; itaque
3 idem quod iste fecit. — nam etiamsi antea foedae cupiditati
indulgebat, postea poenitentiae studebat, sicuti apostolus praedi-
cat: „ubi vitium auctum est, ibi virtus abundat“: nam etsi an-
tea in imperitia quaedam peccata fuerant, postea per poenitentiam et
eleemosynam dissoluta sunt, veluti dictum est: „in quo te repe-
riam, in eo te iudicabo“; etiam propheta ita dicit: „vivus sum
ego dominus Adonai, nolo enim mortem peccatoris, sed volo, ut
avertatur de sua via et vivus sit; conversione convertimini a prava
via vestra“. multi enim, qui iusti haberi volunt et in veritate vi-
vere videntur, morte adpropinquante de via iusta avertuntur et
pereunt; attamen alii, qui perversi permanent, prope mortem
boni fiunt et honesta poenitentia peccatis absolvuntur, velut pro-
pheta dicit: „iustus die peccati sui se conservare non potest; si
iusto dicam: ***eris vivus***, iste iustitia sua confidens iniuriam com-
mittet; omnis eius iustitia in memoriam haud rovocabitur, in in-
iuria, quam commisit, morietur; sin vero improbo dicam: ***morte
absumeris***, iste de via sua avertetur et iudicium iustum confi-
ciet; tum pignus reddet, rapinam referet, omnia peccata
eius, quae peccavit, oblivioni tradentur, quoniam iudicium et ve-
ritatem perfecit et in eis vivus erit; unumquemque vestrume gente
Israelis secundum vitam eius iudicabo“. ita iste quoque mor-
tuus est in confessione, liberatus vitiis suis honesta poenitentia
et eleemosyna, id quod omnibus rebus melius est, nam eleemosy-
nam cupio, inquit, haudquaquam sacrificium; eleemosyna enim omni-
bus rebus melior ac superior est, quippe cum in ipsum coelum
ante Deum producat, veluti angelus Cornelio dixit: „precum tu-
4 arum et eleemosynarum tuarum Deus recordatus est“; — mirum
autem quanta bona terrae russicae fecit eam baptisans; nos vero,
Christiani facti, nonne honoribus, qui pares sunt illi dono, eum

afficiemus? nam si nos non baptisavisset, hodie in fraude dia-
bolica versaremur, veluti atavi nostri perierunt; si vero ei stu-
deremus et Deum pro eo cum moreretur precaremur, Deus vi-
dens studium nostrum in eum, glorificatus eum esset, nos enim
pro eo Deum precari necesse est, quia per eum Deum cognovi-
mus. utinam Deus tibi ex voluntate tua det omniaque postulata
tua expleat; imprimis imperium coeleste a te expetitum det tibi
Deus et coronam cum honestis, et in paradisi convivio laetitiam et
societatem cum Abrahamo et cum ceteris patriarchis, velut Sa-
lamo dixit: „viro honeste mortuo spes non perit"; eiusdem me-
moriam homines russici tenent, memores sancti baptismi, et De-
um celebrant precibus et cantibus et psalmis, homines novi san-
cto spiritu illuminati, sperantes a permagno Deo et salvatore
nostro Iesu Christo, unicuique ex laboribus eius ineffabilem lae-
titiam datam fore; quae utinam omnibus Christianis contingat.

5 Itaque Sviatopolk post patrem suum Kioviae consedit, Kio-
vienses convocavit eisque dona dedit; quae ii accipiebant quidem,
sed animus eorum ei alienus erat, quia fratres eorum cum Bo-
riso aberant. quoniam Boris cum Pecenegis non est congressus,
cum militibus revertens nuntium accepit, patrem suum mortuum
esse; patrem igitur vehementer deflebat, nam a patre suo prae
ceteris amabatur; reversus in Alta posuit castra; tum patris socii
ei dixerunt. „apud te socii paterni et milites, pergas Kioviae se-
dem patris occupare"; is vero respondit: „perhorresco manum
in fratrem meum natu maiorem tollere; quia pater meus mor-
tuus est, hic patris loco mihi erit"; quibus auditis milites ab eo
6 discesserunt, Boris vero cum manu sua mansit. — Sviatopolk
iniuria impletus Caini consilium iniit misitque ad Borisum dicens:
„tecum amorem habere cupio et paternis copiis tibi addam", ita
ei insidians, quomodo eum interficeret. noctu Sviatopolk Vische-
gradum venit, clam Puteścham et quosdam proceres vischegra-
denses advocavit iisque dixit: „nonne mihi toto animo favetis?"
tum Putescha cum Vischegradensibus respondit: „morti pro te
succumbere possumus"; is vero iis dixit: „nihil cuiquam dicen-
tes fratrem meum Borisum interficite"; isti vero sese hoc brevi
7 facturos esse polliciti sunt; — de talibus dicit Salamo: „propensi
sunt sanguinem iniuste profundere, qui sanguine communicantur,
sibique mala congerunt; hac sunt viae eorum, qui iniuriam per-
ficiunt, foeditate enim animam suam inquinantur". missi noctu

Altam venerunt et propius progressi beatum Borisum sacra matutina canentem audiverunt; iam vero certior factus erat illos sese interficere velle; itaque surrexit et haec dicens canere coepit: „o Deus, quare numerus inimicorum meorum auctus est? multi enim me aggrediuntur“; et iterum: „quoniam tela tua me transfixerunt, ego in vulnera paratus sum et dolor meus est coram me“: deinde dixit: „Domine, exaudi preces meas neve in eas iudicium cum servo tuo, neque enim coram te ullus vivus se iustificare potest, nam inimicus animam meam persequebatur“; hexapsalmo finito cum vidisset in se missos esse, qui eum interficerent, psalterium cantare coepit dicens: „pingues tauri me obsederunt ac malorum concilium me circumvenit: Domine, mi Deus, te confisus sum, me serva et ab omnibus persequentibus libera“; postea canonem cantavit. ita sacris matutinis finitis precatus est, et imaginem, Domini effigiem, adspiciens, haec dixit: „Domine Iesu Christe, qui hac effigie in terra salutis nostrae causa te aperuisti, qui tua sponte manus tuas cruci affigere permisisti, qui peccatorum nostrorum causa perpessiones subisti, eodem modo me quoque haec pati dignum facias; neque enim ab inimicis haec mihi obveniunt, sed a fratre meo; noli hoc ei in peccatum Domine vertere“. ita precatus in lecto suo procubuit; deinde sicuti ferae bestiae castra ingressi telis Borisum obruerunt et trucidaverunt: etiam eius servum, eum protegentem, quem Boris amabat, cum eo transfixerunt; hic iuvenis, nomine Georgius, quem Boris magnopere amabat, natus erat in Hungaria; in eum magnam auri grivnam suspenderat, in qua coram eo stabat; etiam multos alios Borisi servos interfecerunt; cum vero huic Georgio grivnam collo repente demere non possent, caput eius deciderunt atque ita grivnam demerunt, caput vero abiecerunt, quam ob causam postea corpus eius inter cadavera non invenerunt. perversi Borisum interfectum tabernaculo involverunt, in currum imposuerunt adhuc spirantem; eum nondum spirantem cum impius Sviatopolk videret, misit duos Variagos, qui eum penitus trucidarent: qui cum venirent eumque vivum viderent, alter eorum stricto ense
8 cor eius transfixit. — hoc modo mortuus est beatus Boris, sumpta corona a Christo Deo cum iustis, adnumeratus prophetis et apostolis, aggregatus choro martirorum, requiescens in sinu Abrahami, intuens laetitiam ineffabilem, cantans cum angelis et laetans cum sanctorum choris. corpus eius clam Vischegradum

allatum et in ecclesia sancti Basilii compositum est; perversi autem interfectores ad Sviatopolcum venerunt, veluti laudem acciperent, impii; nomina horum impiorum sunt: Putescha et Talec, Ielovitsch et Laschco, eorum pater diabolus; tales fiunt ministri diaboli; diaboli ad perficiendum malum mittuntur, angeli ad perficienda bona; angelus hominem nullo malo afficit, sed semper ei bene consulit, imprimis Christianos adiuvat et ab inimico diabolo protegit; attamen diaboli semper malis irretiunt, homini invidentes, cum eum a Deo honoratum vidant; ei autem invidentes ad mala propensi legati sunt; malus homo, qui malis rebus studet, diabolo haud peior est; diaboli Deum timent, malus autem homo neque Deum timet neque illum hominum pudet; diaboli cruce divina perterrentur, malus autem homo ne crucem quidem divinam pertimescit.

9 Tum impius Sviatopolk Boriso interfecto secum deliberavit: quomodo Hlib interficeretur; itaque Caini consilio inito fraudulenter ad Hlibum misit haec dicens; „cite advenias, pater te vocat, vehementer enim dolet“. propterea Hlib quam celerrime equum ascendit parvaque manu profectus est, nam patri oboediens erat. cum ad Volgam veniret, equus in agro supra fossam prolapsus pedem ei paullulum contudit, deinde in Smolensk venit; sed Smolensk oppido prima luce relicto Smideni navem ascendit. hoc tempore a Predislava ad Jaroslaum nuntius de patris morte allatus est, quare Jaroslav ad Hlibum misit dicens: „noli proficisci, pater tuus mortuus, frater vero a Sviatopolco necatus est“; quibus auditis Hlib lacrimis obortis ingemuit, patrem deflevit, vehementius fratrem lacrimatus et precatus est dicens: „heu mihi, Domine, malim mori cum fratre, quam in hoc mundo vivere; iam vero mi frater, si faciem tuam angelicam vidissem, tecum mortuus essem; nunc vero quam ob causam solus remansi? ubi sunt tua verba ad me dicta, mi frater carissime? iam vero haudquaquam audiam dulce tuum praeceptum; si gratiam divinam adeptus es, ora pro me, ut ego quoque eadem perpetiar, malim enim tecum mori, quam
10 in hoc fraudulento mundo vivere.“ — cum lacrimans ita precaretur, missi a Sviatopolco ad internecionem Hlibi subito venerunt ibique navem Hlibi ceperunt et tela prompserunt; servi Hlibi attoniti sunt; impius vero legatus Goriasir Hlibum quam celerrime iugulare iussit; tum coquus Hlibi nomine Tortschin cultro dempto Hlibum iugulavit. velut innocens agnus Deo sacrificio datus est in suave odoris aroma, facundum sacrificium corona accepta

in coelestes aedes progressus est et fratrem suum desideratum conspexit atque cum eo laetabatur laetitia ineffabili, qua fraterno amore coniuncti erant; ecce quam bonum quam pulchrum fratribus una viventibus". deinde impii reversi sunt, veluti David dixit: „revertentur peccatores in orcum." isti reversi Sviatopolco praecepta eius sese perfecisse nuntiaverunt; quae cum audiret, cor eius superbia incitabatur, ignarus enim erat eorum, quae David dicit: „valide, quare maleficio tuo gloriaris? lingua tua unaquaque die peccatum
11 cogitavit." — Hlibum interfectum in ripa inter duas trabes abdiderunt, deinde sublatum aportaverunt et iuxta fratrem eius Borisum in ecclesia sancti Basilii sepeliverunt; ita coniuncti sunt corporibus, immo potius animis apud magnum omnium imperatorem permanentes in infinita laetitia, in mundo ineffabili portendentes salutaria dona russicae terrae atque aliis alienigenis cum fide advenientibus salutem tribuunt: claudis eundi potestatem, caecis visum, dolentibus sanationem, vinctis dissolutionem, in carcerem deiectis liberationem, afflictis laetitiam, aggressis opitulationem, sunt enim defensores terrae russicae et lampades lucentes et con-
12 tinuo Dominum pro suis populis orantes. — hanc ob causam nos quoque iuste laudare debemus martires Christi, assiduo eos orantes et dicentes: „laetamini martires Christi, defensores terrae russicae, qui sanationem datis venientibus ad vos cum fide et amore; laetamini incolae coelestes, qui eratis angeli corpore, unanimi ministri, aequales similes, consentientes cum sanctis, quare omnibus dolentibus sanationem praebetis; laetamini pii Boris et Hlib, veluti flumen volvitis ex fonte aquae vitam ferentis, unde sanationes fidelibus hominibus profunduntur; laetamini, malo enim serpente conculcato, radii splendidi apparuistis, veluti lumina illustrantes omnem terram russicam, tenebras semper depellentes, sese fide immota ostendentes; laetamini beati, insopito oculo acquisito, animis in vestro corde receptis ad perficienda sacra divina mandata; laetamini fratres, qui una estis in locis auro splendentibus, in sedibus coelestibus, in gloria immarcescibili, qua dignos se reddidistis ex facultate vestra; laetamini, splendoribus divinis manifeste illuminati, universo mundo curatis, diabolos propellentes, morbos sanantes; stellae optimae, patroni callidi, qui estis cum Deo, divinis radiis semper incendentes, fortes martires, animae fidelibus hominibus collucentes, elatus enim est per vos amor divinus lucem adferens, quare omnes pulchritudines

vitae coelestis hereditavistis, gloriam et paradisi cibum et lucem rationis, laetitias pulcherrimas; laetamini, quippe qui omnibus cordibus potum praebeatis, amaritudines et morbos depellatis, malos dolores sanetis, sanctis guttis sanguineis purpuram rubefaciatis; clarissimi, nam illic venuste cum Christo coeuntes semper imperitetis, precantes pro novis hominibus christianis et affinibus vestris, terra enim russica sanguine vestro benedicta est, relliquiis vero in ecclesia procumbentes spiritu divino illustratis, in qua ecclesia martires cum martiribus pro hominibus vestris oretis: laetamini, qui estis clariores sidere mane surgente. at vero Christum amantes martires et defensores nostri, subigite improbos sub pedes principum nostrorum, precantes omnipotentem Deum nostrum, ut in pace permaneant, in concordia et in salute, liberetis eos seditioso bello et malitia diaboli, et nos quoque dignos iudicetis canentes et venerantes venerificam vestram diem festam per omnia saecula in aeternitatem".

Caput 48. Postea iste impius et pravus Sviatopolk Sviatoslaum interfecit, assecutus eum prope montes hungaricos, cum in Hungariam fugeret; atque omnibus fratribus suis interfectis se solum potestatem russicam percepturum esse secum deliberavit; ita animo suo superbienti deliberavit, ignarus deum ipsum potestatem dare, cui vellet, hunc supremum instituere imperatores ac principes, quos vellet. si qui populus coram deo supplex fiat, huic instituit imperatorem et principem iustum, amantem iustitiam et veritatem, instituit ducem et iudicem iustitiam exi-
2 gentem; — si enim principes in populo iusti sint, multa peccata populo condonantur, sin vero mali et improbi, deus populum maiore calamitate affligit, nam ille est caput terrae, ita enim Isaia fatus est: „peccaverunt a capite ad pedes, id est ab imperatore ad simplices homines, male enim huic oppido, in quo princeps iuvenis, qui amat vinum bibere cum citharis et cum iuvenibus consultoribus"; tales deus pro peccatis dat, at senes et sapientes adimit, veluti Isaia dicit: „adimit deus Hierosolymis robustum gigantem et virum fortem, iudicem et prophetam, prudentem senem et peritum consultorem, sagacem artificem et prudentem auditorem; instituam eis adulescentem principem et
3 irridentes iis imperabunt". — impius vero Sviatopolk Kioviae imperium obtinuit. convocatos homines donavit alios pelliculis, alios pellibus, distribuens etiam multitudinem opum paternarum. Jaro-

slao, patris mortis ignaro, erant multi Variagi apud Jaroslaum, qui Novogradensibus eorumque feminis vim inferebant; at sollicitati Novogradenses Variagos in aula Poromonica occiderunt, qua de causa iratus Jaroslav profectus Rocum in aedibus consedit atque invitatis Novogradensibus dixit: „eos reviviscere non possum"; tum ad se viros nobiles, qui Variagos occiderant, in-
4 vitavit eosque fraude interfecit. — eadem nocte a sorore Predislava nuntius Kiovia ad eum venit eique nuntiavit: „pater tuus mortuus est, Sviatopolk Kioviae regnat necatis Boriso et Hlibo, summopere igitur caveas". quibus auditis patris et sociorum dolore afflictus est; postero autem die collectis Novogradensium relliquiis Jaroslav dixit: „o socii mei carissimi, quos heri necavi, hodie mihi praesto essent"; lacrimis abstersis in concilio eis dixit: „pater meus mortuus est, Sviatopolk vero sedet Kioviae, fratres suos interficiens"; tum responderunt Novogradenses: „etiamsi
5 princeps, fratres caesi sunt, pro te pugnaturi sumus". — itaque collegit Jaroslav mille Variagos et quadraginta millia aliorum militum ac contra Sviatopolcum profectus deumque precatus est, dicens: „non ego fratres necare coepi, sed ille; deus igitur ultor fiat sanguinis fratrum meorum, qui sine ulla causa iustum sanguinem Borisi et Hlibi profudit: numne mihi quoque eadem fecerit? iudica me deus ex veritate, ut malitia peccatoris finiatur". tum contra Sviatopolcum abiit; Sviatopolk vero Jaroslaum contendere certior factus innumerabili Pecenegorum et Russorum exercitu instructo ei ad Lubeciam obviam iit trans Danaprim, at Jaroslav cis Danaprim.

Caput 49. Anno 6524. Jaroslav Sviatopolcum aggressus est et ambo ex utraque Danapris ripa consteterunt; neque hi istos aggredi ausi sunt neque isti hos; itaque tres menses in conspectu steterunt; denique Sviatopolci dux secundum ripam adequitans Novogradensibus conviciatus est dicens: „cuius rei causa venistis cum hoc claudo, dum ipsi fabri lignarii estis? aedificia nostra struere vobis praecipiemus". quibus auditis Novogradenses ad Jaroslaum dixerunt: „mane transvehemur in eos; si qui nobiscum non ierit, ipsi eum dissecabimus"; iam vero frigora incipiebant.
2 — Sviatopolk intra duos lacus stetit ac per totam noctem cum sociis potationi se dedidit. Jaroslav vero exercitum suum luce posterioris diei ineunte instruxit et transvectus est; in ripam egressi naves ripa depellerunt et acie instructa statim contende-

runt; caedes erat vehemens, nec Pecenegi propter lacum adiuvare poterant; tum Sviatopolcum cum exercitu ad lacum fugaverunt; sed cum in glaciem egrederentur, glacies cum iis infracta est; idcirco Jaroslav superior evasit, Sviatopolk autem ad Lachos aufugit. itaque Jaroslav Kioviae in sede patris et avi consedit. Jaroslav tum annorum viginti octo erat.

Anno 6525. Jaroslav Kioviam se contulit: ecclesiae combustae sunt.

Caput 50. Anno 6526. Boleslaus cum Lachis et cum Sviatopolco Jaroslaum aggressus est; Jaroslav vero Russis, Variagis et Slovenis coniunctis contra Boleslaum et Sviatopolcum eggressus in Volyniam venit et in utraque ripa Bugi fluminis constiterunt. erat apud Jaroslaum custos et dux, nomine Budi, qui Boleslao conviciatus est dicens: „sarmento pinguem tuum ventrem transfodiemus"; erat enim Boleslaus grandis et gravis, ita ut ne in equo quidem sedere posset; sed erat callidus; ideo dixit Boleslaus ad exercitum suum: „si vos huius convicii non pudeat, ego solus periturus sum": equum igitur ascendit et flumen intravit cumque milites eius secuti sunt; Jaroslav vero aciem instruere
2 prohibitus a Boleslao devictus est. — Jaroslav deinde cum quattuor viris Novogradum aufugit, Boleslaus vero cum Sviatopolco Kioviam intravit. tum Boleslaus milites suos per oppida nutriendi causa dislocare iussit; quae quidem facta sunt. cum Jaroslav Novogradum accurreret, trans mare fugere voluit, sed Cosniatin gubernator, Dobryniae filius et Novogradenses Jaroslai naves dissecaverunt dicentes; „iterum cum Boleslao et Sviatopolco pugnaturi sumus"; propterea pecus colligere coeperunt, ab unoquoque viro quattuor pelles, a senibus decem grivnas, ab optimatibus duodeviginti grivnas; Variagis conductis, pecus eis dederunt; ita Jaroslav multos milites collegit. — cum Boleslaus Kioviae sederet, impius Sviatopolk dixit: „quotcunque Lachorum per oppida, eos interficite"; itaque Lachos interfecerunt. Boleslaus vero Kiovia fugit, sumptis opibus et optimatibus Jaroslai ac sororibus eius; opibus suis Anastasium praeposuit, qui in fidem eius fraude irrepsit; atque hominum multitudinem secum duxit et oppida Cervenica cepit et in patriam suam reversus est.

Deinde Sviatopolk Kioviae regnare coepit, sed Jaroslav Sviatopolcum aggressus est; Jaroslav Sviatopolcum vicit, et Sviatopolc ad Pecenegos fugit.

Caput 51. Anno 6527. Sviatopolk cum magno numero Pe-
cenegorum advenit; etiam Jaroslav multos milites collegit et
contra eum ad Altam prodiit. Jaroslav eo loco constitit, quo Bo-
ris interfectus est; manibus ad coelum passis dixit: „sanguis
„fratris mei ad te, Omnipotens, exclamat, ulciscere sanguinem hu-
ius iusti, veluti sanguinem Abeli ultus es, gemitum et fremitum in
Cainum missos etiam in hunc mitte“. haec precatus dixit:
„fratres mei, etiamsi corpore abestis, verumtamen precibus me ad-
iuvate contra hunc inimicum et superbum interfectorem“; qui-
bus dictis manum conseruerunt, uterque multitudine militum
campum Alticum contegerunt, id quod Veneris die surgente sole
factum est, cum uterque pugnarent; atque vehementissima cae-
des orta est, qualis nunquam in Russia fuit, manus enim con-
serentes pugnaverunt, ter manum congesserunt, ita ut in valle san-
guis profunderetur; ad vesperum Jaroslav superior evasit, Svia-
2 topolk fugam dedit. — fugiens vero a daemone obsessus est et
ossa eius debilitata sunt, qua de causa in equo sedere non poterat;
ferebant eum igitur vehiculis et Berestiam aportaverunt ii, qui
cum eo fugiebant. iste vero dixit: „fugite mecum, nam nos per-
sequuntur“; servi autem eius invicem responderunt: „quis per-
sequitur nos“? quoniam nemo inveniebatur, qui eorum vestigia
premeret; ita cum eo fugiebant; ille vero morbo implicitus ia-
cebat. tum prosiliens dicebat: „ecce persequuntur nos, fugite“; quia
uno in loco pati non poterat, terram lachicam percurrit ira di-
vina pulsus et in deserta intra Lachos et Bohemos accurrit ibi-
3 que pravam vitam suam abiecit. — itaque merito eum impro-
bum iudicium affecit, nam hoc mundo degressus cruciatibus oc-
cubuit impius, id quod ostendit manifeste immissum vulnus mor-
tale, quod eum inmisericordi morte afflixit; etiam post mor-
tem vinctus perpetuo excruciatur. tumulus eius exstat in deserto
ad hunc diem, ex qua molestissimus foetor egreditur; iam vero
Deus ita eum multavit ad instituendos principes russicos, ut his com-
pertis, si ii quoque talia perficient, eandem poenam dent. immo
vero maiorem, nam gnari talem improbam necem committent. —
4 septem ultionibus est afflictus Cain, qui Abelum interfecit, et
Lamech septuaginta, nam Cain ignarus erat sese a deo punitum
fore, at Lamech poenae gnarus, quae atavis eius contigit, necem
commisit. Lamech enim uxores suas ita allocutus est: „virum oc-
cidi detrimento meo et iuvenem vulneri meo. quam ob rem septua-

ginta, inquit, mihi sunt ultiones, quia gnarus, inquit, feci“; iste Lamech duos fratres Enochi interfecit eorumque uxores duxit; hic autem Sviatopolk, alter Abimelech, qui adulterina natus erat, et qui fratres suos, filios Gedeonis, occidit. haec eiusdem generis erant.

5 Jaroslav Kioviae consedit, ipse et manus eius sudorem deterserunt, delata victoria et perlato magno labore.

Anno 6528. Jaroslao filius natus est, cui nomen dedit Vladimir.

Anno 6529. Briaceslaus, Isiaslai filius, Vladimiri nepos, Novogradum adortus cepit Novogradum, et multis Novogradensibus eorumque copiis captis in Polock oppidum reversus est. ad Sudomir fluvium progressum Jaroslav Kiovia egressus die septima cum ibi assecutus est; Jaroslav Briaceslaum vicit, Novogradenses Novogradum remisit et Briaceslaus in Polock fugit.

Caput 52. Anno 6530. Jaroslav Berestiam venit; Mstislao his temporibus Tmutorocanis versante contra Cassogos contendit; de qua re Rededia, princeps cassogicus, certior factus ei obviam iit; cum uterque exercitus congrederentur, Rededia Mstislaum allocutus est: „quam ob causam manum nostram invicem perdimus? potius ipsi decertemus; si tu me vinces, sumes opes meas et uxorem meam et infantes meos et terram meam; sin vero ego
2 vincam, omnia tua sumam“; Mstislaus in haec consensit; — deinde Mstislaum Rededia allocutus est; „haudquaquam armis pugnemus, sed pugiles decertemus“; tum vehementer decertabant; sed cum diutius decertarent, Mstislaus debilitari coepit; erat enim magnus et validus Rededia, et Mstislaus dixit: „o purissima mater Dei, adiuva me; si hunc vincam, ecclesiam in nomen tuum aedificabo“. haec fatus in terram eum prostravit et gladio stricto Redediam iugulavit; deinde in terram eius profectus omnes copias eius abduxit et uxorem eius et infantes eius atque vectigal Cassogis imposuit. Tmutorocanos progressus ecclesiam sanctae Matris Dei fundavit et exstruxit, quae ad hunc diem Tmutorocanis exstat.

Anno 6531. Mstislaus in Jaroslaum cum Chasaris et Cassogis profectus est.

Caput 53 Anno 6532. cum Jaroslav Novogradi esset, Mstislaus Tmutorocanis Kioviam venit, sed Kiovienses eum non receperunt; is vero abiit et Cernihoviae consedit, quo tempore Jaroslav Novogradi erat. eodem anno Susdaliae incantatores prod-

ierunt, qui homines natu maiores, quod eos fruges tenere affir-
marent, ex diabolico instituto et machinatione diabolica interfi-
ciebant; hanc ob causam magna perturbatio et fames per to-
tam hanc regionem oriebatur. itaque omnes incolae secundum
Volgam ad Bolgaros ierunt et frumento allato revivixerunt; Jaro-
slav de incantatoribus certior factus Susdaliam venit, incantato-
res cepit, quorum alios dispersit, alios punivit, ita dicens: „Deus
unamquamque regionem secundum peccata fame aut morte aut
2 aestu aut alia poena punit, homo autem nihil novit“; — deinde
reversus Novogradum venit et trans mare ad Variagos misit, unde
Iacun cum Variagis venit; Iacun erat caecus, veste auro texta indu-
tus; cum ad Jaroslaum venisset, Jaroslav cum Iacuno contra Msti-
slaum profectus est; de qua re Mstislaus certior factus iis ad Li-
stvenam obviam iit; exercitu sub vesperem instructo, Mstislaus
Sieveros in fronte contra Variagos collocavit, ipse vero cum sua
manu in alis constitit; nocte oborta tenebrae et fulgura et to-
nitrua et imber exoriebantur; tum Mstislaus milites suos in istos
prodire adhortatus est; Mstislao progresso Jaroslav ei obviam
iit; media acies Sieverorum cum Variagis manum conseruit;
Variagi Sieveros caedentes languidiores facti sunt; postea Msti-
slaus cum sua manu progressus Variagos caedere coepit; magna
igitur caedes exorta est; veluti fulgura fulminant, ita arma ful-
gebant, magnus inde terror et vehemens atque horrida clades
3 exoriebatur; — cum Jaroslav sese vinci intellegeret, cum Iacuno,
principe variagico, fugam dedit et Iacun ibi aureas vestes reli-
quit. deinde Jaroslav Novogradum venit, Iacun vero trans mare
abiit. cum mane posterius diei Mstislaus caesos suos Sieveros et
Variagos Jaroslai videret, dixit: „quis hac re non laetabitur? hic
prostratus iacet Sieverianus, illic Variagus, manus autem omnis
mea integra est“; deinde Mstislaus ad Jaroslaum misit, dicens;
„Kioviae in sede tua sedeas, tu es frater natu maior, haec terra
mea esto“; neque Jaroslav Kioviam ire ausus est, donec se re-
conciliarent; itaque Mstislaus Cernihoviae, Jaroslav Novogradi con-
sedit, Kioviae autem Jaroslai viri erant.

4 Eodem anno Jaroslao alter filius natus est, cui Isiaslai nomen dedit.

Anno 6533.; a. 6534. multis militibus collectis Jaroslav Kioviam venit et cum Mstislao fratre suo pacem in suburbio iniit; itaque terra russica per Danaprim divisa Jaroslav hanc partem

obtinuit, Mstislav istam; postea in pace et amore fraterno vixerunt, bella civilia et rebelliones quieverunt et magna erat tranquillitas.

Anno 3535. tertius filius Jaroslao natus est, cui Sviatoslai nomen dedit.

Anno 6536. coelo miracula prodierunt, quae per totam terram videbantur.

Anno 6537. pax erat.

Anno 6538. Jaroslav Belz oppidum cepit: Jaroslao quartus filius natus est. cui Vsevlad nomen dedit; eodem anno Jaroslav contra Tiudos profectus est, quibus victis Juriev oppidum condidit.
5 Eodem anno Boleslaus Magnus in Lachis mortuus est; magna rebellio in terra lachica exorta est, nam incolae sollicitati episcopos et sacerdotes et optimates suos trucidaverunt; magna inter eos rebellio exorta est.

Anno 6539. Jaroslav et Mstislav multis militibus collectis contra Lachos profecti sunt et oppidis cervenicis iterum captis terrae lachicae bellum intulerunt multisque Lachis abductis eos distribuerunt; denique Jaroslav suos secundum Rossam collocavit, qui usque ad hunc diem supersunt.

Anno 6540. Jaroslav oppida secundum Rossam condere coepit.

Anno 6541. Eustachius Mstislai mortuus est.

Caput 54. Anno 6542.: a. 6543.; 6544. Mstislav venatum exiit, in morbum incidit et mortuus est atque in ecclesia sancti Salvatoris, quam ipse condiderat, sepultus est; eo imperante haec ecclesia altius producta est, ita ut equo ascenso manu attingi poterat. - Mstislav erat corpore robustus. ruber facie, magnis oculis, fortis in bello, misericors. sociorum amantissimus, neque di-
2 vitiis neque potui neque cibis parcebat. — post eum omnem eius potestatem Jaroslav obtinuit ac solus universae terrae russicae imperavit; Jaroslav Novogradum profectus filium suum Vladimirum Novogradi collocavit, Zidiatam episcopum instituit. eodem tempore Jaroslao filius natus est eique Viaceslai nomen datum est. Jaroslao Novogradi moranti nuntius allatus est, Pecenegos Kioviam obsidere; multis militibus collectis Jaroslav cum Variagis et Slovenis Kioviam venit atque oppidum suum ingressus
3 est; — Pecenegorum numerus ingens erat; Jaroslav oppido egressus exercitum instruxit, Variagos in media acie constituit, Kianos in dextro cornu, in sinistro Novogradenses; atque ita ante

oppidum steterunt. cum Pecenegi aggrederentur, manum conseruerunt eo loco, ubi nunc stat ecclesia sanctae Sophiae, metropolis russica; tunc vero campus extra oppidum patebat; vehementi caede exorta Jaroslav vixdum ad vesperum superior evasit; Pecenegi in varias partes dispersi, quam in partem fugerent, nesciebant, qua de causa in Sitomla submergebantur, alii in aliis fluviis, reliqui vero ad hunc diem dispersi sunt. eodem anno Jaroslav Sudeslaum, fratrem suum, in carcerem Plescoviae deiecit, accusatus enim coram eo erat.

Caput 55. Anno 6545. Jaroslav magnam urbem condidit, cuius urbis portae aureae sunt; etiam condidit ecclesiam sanctae Sophiae, in aureis portis in annuntiationem sanctae Matris Dei, postea monasterium sancti Georgii et sanctae Irenae; eo imperante Christianorum religio augeri et dilatari coepit; etiam monachorum numerus auctus est et monasteria exstiterunt. —

2 Jaroslav instituta ecclesiastica amabat, amabat valde sacerdotes, praesertim monachos, studebat libris, eos saepe diu noctuque legens. multis scribis collectis libros ex Graecorum sermone in slovenicum convertit multosque libros conscripserunt idque assecutus est, ut homines religiosi eos discentes doctrina divina laetarentur; veluti enim alter terram arat, alter serit, alii autem demetunt et cibo abundanti vescuntur, ita etiam hic; namque pater eius Vladimir terram peraravit et mollivit, id est baptismo illustravit; hic vero fidelium hominum corda doctrina librorum consevit. at nos demetimus, librorum doctrinam percipientes; permagna utilitas ex librorum institutione est, libris enim instituimur et docemur in poenitentiae viam; nam sapientiam et temperantiam in verbis librorum reperimus; sunt enim flumina universum mundum irrigantia, fontes sapientiae, libris enim inexhausta profunditas inest; iis in dolore consolamur, hi sunt frena temperantiae; sapientia enim magna est, veluti Salamo commendans dicebat: „ego sapientia, consilium insevi et prudentiam et rationem, ego timorem Dei inveni, mea sunt consilia, mea calliditas, mea confirmatio, mea firmitas; per me imperatores imperant et validi iustitiam scribunt; per me nobiles gloriantur et tyranni mundum tenent; ego amo eos, qui me amant, me quaerentes gratiam reperiunt; si in libris diligenter sapientiam quaeres, magnam utilitatem animae tuae invenies; qui enim libros saepe legit, cum Deo et viris sanctis colloquitur; qui legit prophetarum

orationes et instituta evangelica et apostolica et vitas sanctorum
3 patrum, animae magnum commodum acquirit. — Hic vero Jaroslav, ut antea diximus, librorum amantissimus erat, multos conscripsit et posuit in ecclesia sanctae Sophiae, quam ipse condidit; exornavit eam auro et argento et vasibus ecclesiasticis, in ea consueta carmina Deo diebus festis peraguntur. alias quoque ecclesias per urbes et oppida aedificabat, sacerdotes instituebat, quibus stipendia ex suis opibus dabat, eos homines docere, ut a Deo praeceptum est, atque ecclesias frequentare iussit. exinde presbiterorum et hominum Christianorum numerus auctus est. propterea Jaroslav, videns multas ecclesias et homines Christianos, magnopere gavisus erat, inimicus vero moerore affligebatur, nam novis hominibus christianis vincebatur.

Anno 6546. Jaroslav contra Jatviagos profectus est.

Anno 6547. ecclesia sanctae Matris Dei, quam Vadimir, Jaroslai pater, condidit, per Theopomptum metropolitam sanctificata est.

4 Anno 6548. Jaroslav contra Litvam profectus est.

Anno 6549. Jaroslav navibus in Masovschanos profectus est.

Anno 6550. Vladimir, Jaroslai filius, contra Jamos profectus est eosque vicit; in Vladimiri exercitu equi peste afflicti perierunt; verumetiam nondum viventibus equis pelles detrahebantur; talis enim equorum pestis exorta erat.

Caput 56. Anno 6551. Jaroslav filium suum Vladimirum in Graecos misit eique magnum exercitum dedit, cui praefecit Vischatam, patrem Ioannis; Vladimir in navibus profectus et ad Danubium progressus Constantinopolim se contulit; vehementi tempestate exorta naves Russiae fractae sunt, etiam principis navem ventus fregit, quam ob causam Ioannes Tvorimiritius, Jaroslai dux, principem in navem suam recepit; reliqui milites Vladimiri, numero sex millium in litus eiecti sunt. cum in Russiam ire vellent, nemo militum principis cum iis ibat; itaque Vischata se cum iis iturum esse dixit; e navi egressus dixit: „si vivus ero, cum iis, sin vero peribo, cum exercitu“; tum vero abierunt in
2 Russiam contendentes. — nuntio ad Graecos allato, Russiam a mari pessumdatam esse, imperator, nomine Monomach, quadraginta naves Russiam persecuturas misit; Vladimir vero, cum videret, illas se persequi, reversus naves graecas corrupit; deinde naves suas ingressi in Russiam reversi sunt; Vischatam vero

cum iis, qui in ripam eiecti erant, ceperunt ac Constantinopolim abduxerunt multisque Russis oculos effoderunt. pace tribus annis post facta Vischata liberatus et in Russiam ad Jaroslaum missus est. iisdem temporibus Jaroslav sororem suam Casimiro in matrimonium dedit, Casimir autem dotem dedit DCCC homines, quos Boleslaus Jaroslao victo captivos abduxit.

3 Anno 6552. duos principes, Jaropolcum et Olegum, Sviatoslai filios, effoderunt, eorum ossa baptisaverunt et in ecclesia sanctae Matris Dei sepeliverunt.

Eodem anno mortuus est Briaceslav, Isiaslai filius, Vladimiri nepos, Vseslai pater, et Vseslav filius in sede eius consedit, quem mater incantationibus genuit; postquam enim cum vulnere in capite a matre procreatus esset, incantatores matri eius dixerunt: „alliga hoc vulnus, ut per totam vitam suam illud ferat"; Vseslav portat igitur illud usque ad hunc diem, quam ob causam inmisericors est in sanguinis profusionem.

Anno 6553. Vladimir Novogradi ecclesiam sanctae Sophiae condidit.

Anno 6554; anno 6555. Jaroslav in Masovschanos profectus eos vicit et eorum principe Moislao interfecto Casimiro eos subegit.

Anno 6556; anno 6557; anno 6558, Jaroslai uxor mortua est.

Hac parte Chronicon continentur: XXI: Graecorum philosophus Vladimiro suam religionem commendans instituta huius religionis explicat - c. 40 fin.; - XXII: legatis ad Bolgaros, Germanos, Graecos religionum inquirendarum causa missis - c. 41., Chersoneso capta et matrimonio inito Vladimir in Graecorum religione christiana institutus - c. 42. et ipse Kioviae baptisatur et suum populum anno 988. per Graecorum sacerdotes baptisat - c. 43; — XXIII. Vladimir contra Pecenegos proficiscitur, Bielgorod oppidum a. 991. condit - c. 44.: deinde singulare certamen inter Pecenegum et Russum describitur; ad Christianorum religionem stabiliendam Vladimir anno 991—96. ecclesiis condendis iisque instruendis operam dat - c. 45; deinde novo bello cum Pecenegis exorto Bielgorodi obsessio describitur - c. 46. —

XXIV: Vladimiro a. 1015. mortuo Sviatopolk principatum obtinuit; Boris et Hlib fratres interficiuntur: in eorum morte describenda annalium scriptor sincerrimo animo commoratur — c. 47; — XXV: Jaroslav Sviatopolco bellum infert — c. 48. quo victo Boleslaus Jaroslaum aggreditur a. 1018, — c. 49. et c. 50: sed Sviatoslav iterum devictus moritur a. 1020, — c. 51: — XXVI; nova bella civilia inter Mstislaum et Jaroslaum, c. 52. et 53, Mstislai mors a. 1036, — c. 54; Jaroslai mores et expeditiones contra Graecos a. 1043 describuntur — capp. 55. et 56. —

Nonnullas res his capitibus enarratas invenimus etiam in codice bibliothecae palat. Vindob. nr. 88., fol. 138 p. v. et fol. 139 p. r., quem codicem anno 1884. eadem occasione descripsimus et cuius specimen dedimus; imprimis ea quae sub annis 6497—6501. cap. 44. et 45., praesertim vero Bielgorodi oppidi condendi tempus, illic paulisper mutata reperiuntur. etiamsi hunc codicem minoris momenti esse intelleximus, tamen ad Nestoris Annales examinandos ne huius quidem generis auxilium spernendum esse putamus.

Leopoli, mense maio 1889.

Constantinus Łuczakowski.